SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica
Kopernikańska
w Toruniu
SCHULPROGRAMME

# Königliches Gymnasium
## zu Tilsit.

Wissenschaftliche Beilage zum Jahresbericht 1890.

# De formulis, quas poetae Graeci in conclusione orationis directae posuerunt,

von Dr. **Robert Schau.**

Programm Nr. 17.

**Tilsit 1890.**
Gedruckt bei J. Reylaender & Sohn.

# De formulis, quas poetae Graeci in conclusione orationis directae posuerunt,

scr.

**R. Schau.**

Non solum orationis solutae sed magis etiam vinctae proprium est, oratione directa habita verba aliqua ponere, quibus in orationem modo habitam respicitur. Nec id mirum esse potest. Nam cum quavis oratione narratio plus minus interrumpatur, fieri solet, ut post orationem finis eius verbis quibusdam significetur. Atque haec proprietas non apud unius alteriusve populi scriptores invenitur; non solum apud Graecos et Romanos sed apud nostrae etiam gentis scriptores exstat. Sed cum imprimis carmina epica orationibus directis distincta sint et persaepe eadem vocabula in conclusione orationis ponerentur, factum est, ut in formularum naturam transirent. Quae formulae imprimis a Graecorum poetis magna varietate ita excultae sunt, ut unusquisque non solum formulas iam antea adhibitas in usum suum transferret, sed etiam novas ex suo ipsius ingenio depromeret. Atque ego cum animum induxissem, formulas, quibus poetae Graeci orationes directas concludere solebant, colligere, statim ab initio magnopere delectabar, nec quemquam vitio mihi daturum esse spero, utpote qui operam meam in re inutili consumpserim. Nam etiam in talibus formulis proprietas generis dicendi scriptoris cognosci potest, quas quisque poetas amaverit, qua arte in mutandis formulis priorum poetarum usus sit. Ac pauca de usu harum formularum iam Carol. Lehrsius in praeclarissimo illo libro, qui inscribitur „de Aristarchi studiis Homericis", p. 95 - 97 contulit; sed quod ille obiter tantum tetigit, ego accuratius et plenius pertractandum mihi proposui, et ex omnium poetarum Graecorum, qui quidem carmina orationibus directis ornaverunt, formulas congessi earumque usum illustravi. Poetae autem, quos in usum meum adhibui, hi sunt:

Homeri carmina, ed. J. Bekker. Bonnae. 1858.
Hesiodus, ed. J. Flach.
Pindarus. ed. Bergk.
Apollonius Rhodius, ed. Merkel.
Theocritus, ed. Fritzsche.

Moschus, ed. Ahrens.
Quintus Smyrnaeus, ed. Koechly.
Callimachus, ed. Schneider.
Nonnus, ed. Koechly.
Argonautica, quae sub Orphei nomine feruntur, ed. Schneider.
Tryphiodorus, ed. Wernicke.
Colluthus, ed. J. Bekker.
Musaeus, ed. Dilthey.
Tzetzes, ed. J. Bekker.
Pauli Silentiarii descriptio S. Sophiae, rec. J. Bekker.

Priusquam singulas formulas a poetis usurpatas pertractare incipio, in universa pauca mihi de eis dicenda sunt. Usitatissimae, ut apparet, tales sunt, quae ex verbis constant, quibus proprie vis dicendi vel loquendi inest; ita a poetis saepissime verba *φάναι, εἰπεῖν, ἀγορεύειν, φωνεῖν, λέγειν* similia adhibita esse invenimus; tum etiam talia in usum venerunt, quibus notio dicendi inest et quae sententiam orationis respiciunt, ut *ὀλοφύρεσθαι, κλαίειν, εὔχεσθαι* alia.

His praemissis iam ad formulas ipsas pertractandas et illustrandas transeam.

Caput primum.

# De formulis apud poetas, qui versu heroico scripserunt.

## I. De formulis ex verbo *φάναι* compositis.

In universum de hoc verbo dicendum est formulas ex eo formatas apud omnes poetas inveniri, excepto uno Collutho. Ac primum quidem disseram de aoristo qui vocatur medii huius verbi.

### a. De formis *ἔφατ'(ο)* et *φάτο*.

Formula, quae orationem concludit, ita composita est, ut ante *ἔφατ'* et *φάτο* adverbium *ὥς* ponatur. Habemus igitur formulam *ὥς ἔφατ'* apud Homerum usitatissimam; nam nisi me fallit, invenitur non minus ducenties septuagies. Apud posteros poetas usus iam non tam frequens est; Apollonio Rhodio et Quinto Smyrnaeo magis formula *ὥς φάτο* placuit. Apud Homerum semper fere brevior formula *ὥς ἔφατ'* invenitur, undecies in Iliade plenior *ὥς ἔφατο*, in Odyssea nunquam occurrit (Il. XVI, 548. XIX, 112. 301. 338. XX, 31 XXII, 429. 437. 515. XXIV, 746. 760. 776). Quae formula cur rarius inveniatur, non in obscuro est. Nam cum metri causa semper duae consonantes sequantur necesse sit, non in frequentem usum formula venire potuit. Atque octies quidem sequitur participium verbi *κλαίειν* (*ὥς ἔφατο κλαίων* vel *κλαίουσα:* Il. XIX, 301. 338. XXII, 429. 437. 515. XXIV, 746. 760. 776); excepto uno loco (XIX, 112) semper invenitur ante mutam cum liquida (cfr. Boehmer, de formulis Homericis p. 16). Nec silentio praetermittere possum, pleniorem formulam *ὥς ἔφατο* demum inde a libro decimo sexto Iliadis inveniri. — Sed iam ad usum ipsum, qualis est apud poetas, accuratius illustrandum transeam.

Primum commemorandum est versus ab his formulis incipientes maximam partem esse qipartitas, verba autem, quae formulam sequantur, semper particula aliqua adversativa

adiungi, saepissime δέ, rarius αὐτάρ. Exempli causa affero Il. I, 33: ὣς ἔφατ', ἔδεισεν δ'ὁ γέρων —.

Particulam αὐτάρ in Iliade semel inveni: XV, 113: ὣς ἔφατ', αὐτὰρ Ἄρης —; saepius in Odyssea: IV, 375. 394. 464. 481. 538. 548 IX, 522. X, 261. 270. 336. 382. 406. 438. 496. XI, 79. 138. 163. 204. 435. 462. 477. 504. XII, 111. Memorabile est particulam in quinque libris inveniri, inde a duodecimo omnino non usurpari. Apud posteriores poetas αὐτάρ ita adhibitum hisce locis exstat: Apollon. Rhod. II, 60. 443. III, 432. Ceteri hac particula non usi sunt, nec Quintus Smyrnaeus, nec qui studiosissime Homeri vestigia pressit, Tzetzes. Tertia particula adversativa, quae in oratione soluta vulgaris est, ἀλλά, semel apud Hesiodum occurrit, scut. Herc. v. 450: ὣς ἔφατ', ἀλλ' οὐ πεῖθ' Ἄρεος μεγαλήτορα θυμόν.

Haec de particulis adversativis, quae in verbis formulam ὣς ἔφατ' sequentibus ponuntur. Ad formulam ipsam saepissime etiam participium adiungitur; memorabile est in Odyssea solum participium εὐχόμενος addi, in Iliade praeterea κλαίων et κλαίουσα invenitur. Apud Apollonium Rhodium semel participium ἀντιομένη occurrit (IV, 1096); Quintus Smyrnaeus ne a talibus quidem abhorret, a quibus aliud vocabulum pendet, quod apud Homerum nunquam fit. Legimus enim apud Quintum Smyrnaeum III, 250: ὣς ἔφατ' ἀκράαντον ἱεὶς ἔπος; VI, 32: ὣς ἔφατ' Ἀργείων πειρώμενος.

Praeter haec, quae attuli, occurrunt apud Quintum: ἀχνύμενος κέαρ (III, 504. V, 268); αἰνὰ γοῶσ' (III, 631); participium absolute positum est semel, VII, 183: ὣς ἔφατ' εἰρόμενος. Bis apud Quintum contra omnem usum substantivum cum praepositione adiungitur. cfr. II, 173: ὣς ἔφατ' ἐν μέσσοισιν; IV, 88: ὣς ἔφατ' ἐν Δαναοῖσιν. —

Ceteri poetae ad formulam ὣς ἔφατ' participium non addiderunt.

Aliud, quod attentius legentem non fugiet, usus est frequentissimus particulae ἄρα in verbis sequentibus. Atque haec quoque proprietas saepissime in hac formula invenitur; extat enim particula ἄρα in altera parte versus apud Homerum post formulam ὣς ἔφατ' sexagies sexies, cum formula ipsa omnino inveniatur ducenties quinquagies sexies (1 : 4); formulam ὣς φάτο particula ἄρα duodecies sequitur, cum formula omnino legatur centies tricies bis (1 : 11). Apud posteriores poetas hic usus magis magisque rarior fit; nam apud Apollonium Rhodium semel (IV, 1363), itemque apud Quintum Smyrnaeum semel (I, 766) occurrit, semel etiam apud Hesiodum scut. Herc. v. 368. Apud posteriores igitur poetas formulae iam non tam firmae et stabiles erant, ut non pro suo quisque ingenio hoc adderet, illud demeret. Equidem Ellendtii (Einfluss des Metrums auf den Wortgebrauch bei Homer p. 13) et Boehmeri (de formulis Homericis p. 6) iudicio, omnes, quae ad orationem vel instituendam vel respiciendam adhibeantur, formulas pro versuum necessitatibus comparatas et mutatas esse adsentiri nequeo. Immo, in Homeri carminibus praesertim, haec formulae tantam firmitatem ostendunt, ut post quamlibet orationem poni possint.

Collocatur autem particula ἄρα semper post δέ; in Iliade omnibus locis praecedit vocabulum οἱ aut οὐ. Exempli gratia affero Il. III, 95: ὣς ἔφατ', οἱ δ'ἄρα —; II, 419: ὣς ἔφατ', οὐ δ'ἄρα —.

In Odyssea iam maior variatio nobis occurrit; tribus enim locis aliud subiectum atque οἱ obvium fit. cfr. Od. III, 329: ὣς ἔφατ', ἠέλιος δ'ἄρ' ἔδυ —; idem versus legitur

V, 225. IV, 216: ὣς ἔφατ', Ἀσφαλίων δ'ἄρ' —; sed his quoque locis ordo verborum δ'ἄρα firmus et immobilis est. Apud ceteros quoque poetas hic loquendi usus observatur.

Aliud huius formulae proprium est, ut semper fere, exceptis paucis locis, in sequentibus verbis novum subiectum inducatur. Idem subiectum apud Homerum quattuor locis manet: Il. X, 240. XX, 31. XXIV, 760; in Odyssea semel a vulgari usu receditur, VI, 66: ὣς ἔφατ', αἴδετο γάρ θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι πατρὶ φίλῳ, ὁ δέ —.

Sed hoc loco in verbis formulam sequentibus particula γάρ inducitur, particula adversativa in secundo versu sequitur, qui novum subiectum habet ὁ δέ. Apud Hesiodum bis idem subiectum retinetur, scut. Herc. 450: opp. et d. 59; praeterea Argonaut. v. 1329. Apud ceteros poetas, qui formulam ὣς ἔφατ' in usum suum adhibuerunt, semper novum subiectum inducitur.

Ad formulam etiam persona ipsa, quae locuta est, addi potest. Ad ὣς ἔφατ' in Iliade ter subiectum adiunctum est (III, 461. XI, 592. XX, 31); in Odyssea iam undecies (VIII, 256. XII, 294. XIII, 16. XVI, 406. XVII, 147. XVIII, 50. 290. XX, 247. 275. XXI, 143. 269). Etiam posteriores poetae personam addunt, ut Hesiodus (opp. 212), Apollonius Rhodius (III, 515. IV, 236), Quintus Smyrnaeus (I, 766. III, 631).

Restat, ut omnes locos, quibus formula ὣς ἔφατ' legitur, sub uno aspectu ponam.

Homer. Il. I, 33. 43. 457. II, 166. 333. 394. 419. 441. 807. III, 76. 84. 95. 111. 418. IV, 20. 68. 198. 272. 326. V, 106. 121. 352. 719. 767. VI, 102. 286. VII, 43 54. 92. 175. 200. 344. 380. 398. 403. VIII, 97. 112. 198. 381. 409. 457. IX, 29. 50. 79. 430. 656. 694. 710. X, 218. 227. 240. 313. XI, 195. 280. 516. XII, 180. 329. 351. 364. 413. XIII, 417. 487. XIV, 133. 277. 376. 458. 486. XV, 78. 113. 168. 236. 300. 377. 565. 726. XVI, 249. 458. 527. 562. 676. XVII, 123. 233. 246. 256. 333. 481. 491 624. 656. 694. 722. XVIII, 145. XIX, 74. XX, 379. XXI, 342. 381. 537. XXIII, 12. 54. 249. 429. 446. 488. 539. 664. 676. 708. 738. 754. 771. 784. 811. 836. 859. 895. XXIV, 77. 120. 159. 265. 314. 339. 571. 689. 707. 718. 746. 760. 776. 782.

Od. I, 381. II, 103. 267. III, 329. 385. 403. 477. IV, 216. 296. 375. 382. 394. 398. 464. 471. 481. 491. 538. 548. 554. 638. 673. V, 43. 225. VI, 66. 211. 223. 247. 328. VII, 226. VIII, 234. 321. 343. 398. 433. IX, 256. 271. 287. 352. 368 480. 506. 522. 526. 536. X, 70. 178. 198. 261. 270. 336. 345. 382. 388. 406. 429. 438. 466. 487. 496. 503. 541. 550. 566. XI, 60. 79. 138. 145. 163. 180. 204. 215. 333. 404. 435. 440. 462 477. 487. 504. 538. 563. XII, 111. 115. 142. 222. 277. XIII, 1. 47. XIV, 499. XV, 56. 220. 437. XVI, 358. 393. XVII, 177. 374. 458. 481. XVIII, 40. 59. 66. 320. 387. 410. XIX, 100. XX, 22. 91. 102. 157. 268. 320. 358. XXI, 285. 376. XXII, 178. 255. 265. 446. 492. XXIII, 32. 141. XXIV, 57. 138. 463. 492. 496. Hymn. in Apoll. 502; in Cer. 169. 470.

Hesiod. scut. 368. 450; opp. 59. 69.

Apollon. Rhod. I, 485. 697. II, 60. 443. 894. 1281. III, 83. 268. 489 515. IV, 236. 503. 770. 1096. 1363. 1755.

Quint. Smyrn. I, 766. II, 173. III, 250. 504. 631. IV, 43. 88. V, 568. VI, 32. VII, 182. 522. X, 406.

Tzetz. Antehom. 339.

Argonaut. (Orph.) 293. 353. 826. 1329. —

Sequitur, ut de breviore formula, augmento omisso, *ὡς φάτο*, pauca dicam. Mirandum non est, in huius formulae usu a poetis easdem leges observatas esse atque in priore. Invenitur haec formula apud omnes fere poetas, qui orationes directas carminibus suis inseruerunt, apud Apollonium Rhodium et Quintum Smyrnaeum multo frequentius quam *ὥς ἔφατ'*. Quod de formula *ὥς ἔφατ'* dixi, in altera parte versus particulam adversativam poni, etiam ad hanc pertinet; particula *αὐτάρ* apud Homerum post hanc formulam semel occurrit, Il. IV, 514; semel exstat *ἀτάρ*, Od. IX, 360: *ὥς φάτ', ἀτάρ οἱ ἐγὼν αὖτις πόρον αἴθοπα οἶνον.*

Jam God. Hermannus*) hunc locum, qualis traditus est, offendit, et mea quidem sententia ea de causa, quia omnibus ceteris locis non *ἀτάρ* sed *αὐτάρ* legitur. Verum si *αὐτάρ* scribitur, *φάτο* in *ἔφατ'* metri causa mutandum est. Sed quod Hermannus pro tradita lectione proposuit: *ὥς ἔφατ', αὐτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πόρον αἴθοπα οἶνον*, probare non possum. Non vidit enim vir doctus primum vocabulum *οἱ* apud Homerum semper digamma habere, tum post particulam *αὐτάρ* omnibus locis statim pronomen *ἐγώ*, sive nominativum sive alium casum, nullo alio vocabulo interiecto poni. Quod quo magis appareat, omnes locos huc pertinentes apponam:

Od. IV, 375: *ὥς ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον.*

Idem versus legitur IV, 394. 464. IX, 522. X, 276. 336. 382. XI, 79. 138. 163. 435. 462. 477. 504. XII, 111.

Od. IV, 481: *ὥς ἔφατ', αὐτὰρ ἔμοιγε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ.*

Idem versus est IV, 538. X, 496.

Od. IV, 548: *ὥς ἔφατ', αὐτὰρ ἐμοὶ κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ.*

X, 261: *ὥς ἔφατ', αὐτὰρ ἐγὼ περὶ μὲν ξίφος —.*

X, 406: *ὥς ἔφατ', αὐτὰρ ἐμοίγ' ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ.*

X, 438: *ὥς ἔφατ', αὐτὰρ ἔγωγε μετὰ φρεσὶ μερμήριξα.*

XI, 204: *ὥς ἔφατ', αὐτὰρ ἔγωγ' ἔθελον —.*

Etiam in aliis formulis a verbo *φημί* formatis pronomen *ἐγώ* statim post particulam *αὐτάρ* collocatur. cfr. Od. X, 67: *ὥς φάσαν, αὐτὰρ ἐγὼ μετεφώνεον.*

X, 422: *ὥς ἔφαν, αὐτὰρ ἐγών —.*

XII, 192: *ὥς φάσαν ἱεῖσαι ὄπα κάλλιμον, αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ —.*

Quos locos si consideramus, Hermanni correctionem reiciendam esse utique contendere possumus. Sed facile aliquis adducatur, ut nostro loco correctionem in versum inferat, qua vocabula *αὐτὰρ ἐγώ* statim post formulam *ὥς φάτο* ponantur. Sed ne verba mutem, me id prohibet, quod nullo modo scire possumus, utrum verba ab Homero an ab aliquo posteriore poeta facta sint. Quare id solum notandum est versum a vulgari genere dicendi recedere.

Tantum de loco Homerico dicendum erat.

Particula *αὐτάρ* praeterea invenitur semel apud Apollonium Rhodium III, 432. Particulae *ἄρα* usus in verbis formulam sequentibus rarior est quam in formula *ὥς ἔφατ'*;

---

*) Ubi de hoc loco disputaverit Hermannus, exquirere non potui; affert correctionem J. Bekkerus in adnot. crit.

apud Apollonium Rhodium et Nonnum ἄρα post ὣς φάτο plane deest, apud Quintum Smyrnaeum bis legitur: XII, 46. 84; semel in Argonaut. (Orph.) occurrit, v. 840.

In participiis additis haec formula multo maiorem varietatem ostendit; nam cum formula ὣς ἔφατ᾽ apud Homerum unum participium εὐχόμενος admittat et demum inde a libro undevicesimo Iliadis κλαίων-κλαίουσα inveniatur, formula ὣς φάτο cum diversissimis participiis coniungitur. Occurrunt enim in Iliade: δακρυχέων (I, 357), νεικείων (II, 243), ἐποτρύνων (XII, 442. XX, 364. 373), ἐπευχόμενος (XX, 393), ἀπειλήσας (XXI, 161. XXIII, 184); in Odyssea inveniuntur: χωόμενος (II, 80), πειράζων (IX, 281), ὀϊόμενος (XXII, 210), δακρυχέων (XXIV, 438). In hymnis leguntur: ἐπευχόμενος (in Apoll. 370), ὀδυρομένη (in Cer. 251), λισσομένη (in Cer. 325). In Apollonii Rhodii carmine haec mihi participia obvia facta sunt: πειρώμενος (II, 638), βεβοληµένος (III, 432), κυδαίνων (III, 1008), καταψήχων (III, 1102), ἀναζείουσα (IX, 309), λισσομένη (IV, 1053). Praeterea contra omnem usum apud Apollonium semel adiectivum admissum videmus: IV, 1277 vulgo legitur: ὣς φάτο δακρυόεις —. Nullus adhuc editorum hunc versum, qualis traditus est, offendit. Sed cum nullo alio loco apud Apollonium Rhodium adiectivum usurpatum videamus, fortasse etiam nostro loco participium substituendum est; haud gravi mutatione scribi potest: ὣς φάτο δακρυχέων —, quod participium ab Apollonio Rhodio etiam aliis locis usurpatum est. cfr. I, 250. IV, 1029. Sed non negaverim Apollonium Rhodium etiam δακρυόεις scribere potuisse, cum a Colluthо adiectivum πολύδακρυς ita usurpatum sit (vide p. 21).

Apud Quintum Smyrnaeum participium ad formulam additum bis occurrit: κωκύουσα (X, 385), μητιόωσα (III, 655). Apud Tzetzem leguntur: λισσομένη (Homer. v. 359), ὀδυρομένη (v. 390).

Homerum igitur in participiis usurpandis maiore licentia usum esse in formula ὣς φάτο quam ὣς ἔφατ᾽ vidimus; etiam alteram libertatem Homerus sibi in formula ὣς φάτο concessit. Nam cum, si formula ὣς ἔφατ᾽ utitur, exceptis quattuor locis, semper novum subiectum in altera parte versus inducatur, post hanc formulam multo frequentius idem subiectum, quod verbo φάτο inest, etiam in sequentibus verbis manet; nam idem subiectum vicies semel occurrit, cum formula ipsa multo rarius usurpata sit quam ὣς ἔφατ᾽ (ὣς φάτο 136, ὣς ἔφατ᾽ 256).

Etiam ad hanc formulam persona, quae locuta est, addi potest, collocatur autem statim post φάτο; semel ab hoc usu Homerus recessit, Il. II, 213, ubi etiam participium additum est: ὣς φάτο νεικείων Ἀγαμέμνονα, ποιμένα λαῶν Θ ε ρ σ ί τ η ς —.

In formula ὣς φάτο subiectum hisce locis additum est: Hom. Il. I, 245. II, 243. IV, 104. 514. V, 493 655. XII, 80. XIII, 748 XXII, 224. XXIII, 287. Od. I, 420. II, 146. 296. XX, 345. XXIV, 545. Hymn. in Mercur. 387. Hesiod. Theog. 545. 561. Pindar. Isthm. VIII, 48. Apoll. Rhod. II, 426. 490. Quint. Sm. I, 115. II, 63. III, 655. IV, 109. V, 317. 345. 598. VI, 56. 68.

Restat unum, quod in huius formulae usu dignum puto, quod notetur. Nam cum post formulam ὣς ἔφατ᾽ semper interpunctio ponatur, in hac formula verba sequentia etiam coniunctione καί adnecti possunt. Legitur ὣς φάτο καί hisce locis: Il. V, 899. X, 332. XV, 119. XVII, 342. Od. IV, 65. XVII, 233. XVIII, 151. XX, 54. XXI, 80. 175. XXIV, 520;

bis in hymnis occurrit: in Apoll. 462, in Mercur. 387. In fragmento ex Hesiodi Melampodia, quod nobis servavit Strabo XIV, 921 (Duentzer. Fragm. cp. Gr. I, 55) legitur versus: ὥς φάτο καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρου.

Quod ad posteriores poetas attinet, notandum est formulam ὥς φάτο καί semel apud Apollonium legi, ubi contra usum Homericum novum subiectum in verbis sequentibus inest. cfr. II, 648: ὥς φάτο καὶ τοίων μὲν ἐλώφεον αὐτίκα μύθων.

In nullo alio poeta haec libertas dicendi inveniri potest, ut in verbis, quae formulam sequuntur, novum subiectum sola verbi forma exprimatur. Nam ceteris locis, quibus καί novum subiectum inducit, semper persona addita est, ut Quint. Sm. IV, 109: ὥς φάτο Τυδείδαο δαΐφρονος ὄβριμον ἦτορ καὶ τότ' ἄρ' ἐκ πόντοιο κίεν Πηλῆος ἄκοιτις.

Talis autem locus, qualis apud Apollonium est, nusquam alibi invenitur.

Apud Quintum Smyrnaeum formula ὥς φάτο καί ter legitur; duobus locis subiectum additum est et in verbis sequentibus novum inducitur (IV, 109. V, 317). Contra usum vulgarem dictum est XII, 387: ὥς φάτο κερδοσύνῃσιν καὶ οὐ κάμεν ἄλγεσι θυμόν.

Nonnus, qui bis formulam usurpavit (XV, 302. XVI, 244, ubi participium κερτομέουσα additum est), ab usu Homerico non recessit. Unus locus est apud Nonnum, ubi duobus verbis dicendi usus est, XV, 287: ὥς φάτο καὶ λιτάνευε.

Proprietatem quandam, quam Nonnus sibi concessit, praeterire non possum. Nam cum ceteri poetae solum adverbium ὥς cum forma φάτο coniungant, Nonnus etiam pronomen τοῖος in usum suum adhibuit; legitur IV, 255: τοῖα — ὑποβρυχίῃ φάτο φωνῇ.

XXI, 53: τοῖα — κορυμβοφόρῳ φάτο φωνῇ.

XLIII, 437: τοῖα — φάτο.

Formula ὥς φάτο καί occurrit etiam apud Moschum II, 162.

Restat, ut omnes locos afferam, quibus ὥς φάτο καί formula apud poetas Graecos legitur. —

Homer. Il. I, 188. 345. 511. 595. II, 15. 142. 182. III, 181. 243. 259. 395. IV, 208. 401. V, 363. 426. 443. 689. VI, 51. 166. 212. 342. VIII, 245. 484. IX, 173. 205. X, 148. 162. 177. 482. 512. XI, 396. 616. 804. XIII, 295. 328. 455. 468. XIV, 222. 270. 506. XV, 34. 47. 442. 478. XVI, 130. 626. 710 XVII, 33. 567. 591. 648. XVIII, 22. XIX, 125. XXI, 114. 284. 423. 434. 475. XXIII, 108. 499. 555. 651. 793. XXIV, 200. 358. 424. 507.

Od. II, 35. 361. IV, 37. 113. 183. 609. 703. 758. V, 116. 171. 180. 451. VII, 182. 329. VIII, 167. 199. 295. 385. 499. IX, 360. X, 321. XI, 97. XIII, 53, 250. 287. XIV, 109. XV, 169. 202. XVI, 46. 476. XVII, 26. 150. 348. 541. 551. 574. 602. XVIII, 88. 281. 422. XIX, 14. 47. 89. 249. XX, 144. 183. XXI, 96. 181. XXII, 42. 68. 108. 224. 354. 361. 378. 393. XXIII, 111, 205. 231. XXIV, 315. 345. 408. 450. 513.

Hymn. in Apoll. 61, in Merc. 304, in Ver. 181, in Cer. 74. 358. 371, in Dionys. 25.

Hesiod. Theog. 167. 173. 654. 664. scut. 115.

Pindar. Pyth. III, 43. IV, 120.

Apoll. Rhod. I, 341. 1103. 1261. II, 25. 254. 419. 426. 490. 638. 878. 1157. III, 17. 100. 106. 145. 194. 432. 540. 681. 724. 1008. 1077 1102. 1131. IV, 206. 391. 749. 833. 1053. 1277. 1422. 1450. II, 648.

Quint. Sm. I, 115. 220. 475. 508. II, 63. 156. 161. 277. 319. 395. 430. III, 170. 212. 655. IV, 109. 300. V, 128. 175. 237. 306. 317. 345. 598. VI, 56. 68. 315. 425. 609. VII, 56. 66. 292. 431. VIII, 267. 478. IX, 110. 284. 321. 540. X, 26. 385. XI, 221. XII, 46. 84. 154. 214. 243. 253. 281. 297. XIII, 350. 415. 518. XV, 169. 346.

Nonn. XV, 286. 302. XVI, 244.

Theocr. id. XXIV, 41. Mosch. II, 153.

Tzetz. Antehom. 380. Posthom. 696.

Tryphiod. 283. Argonaut. (Orph.) 840.

Jam aggrediar ad ceteras formulas ex verbo *φημί* compositas illustrandas.

**b. De aoristo activo, de formis** *ἔφη, ἔφασαν, φάσαν* **sim. De formula** *ὥς ἄρ' ἔφη.*

Cum in formula *ὥς ἔφατ'* et *ὥς φάτο* particula *ἄρα* in altera parte versus collocari soleat, cum forma *ἔφη* ita coniungitur, ut *ἄρα* inter *ὥς* et *ἔφη* firmum suum locum habeat. Quod de particulis adversativis supra dixi, etiam in hac formula valet, quare id unum commemoro semel particulam *αὐτάρ* apud Homerum legi, Od. XXIII, 181, omnibus ceteris locis *δέ* usurpari. Subiectum in altera parte versus apud Homerum semper novum inducitur, apud Apollonium Rhodium semel idem retinetur, IV, 34: *ὥς ἄρ' ἔφη, βλεφάρων δὲ κατ' ἀθρόα δάκρυα χεῦεν.*

Quintus Smyrnaeus duobus locis ab usu Homerico recessit: IV, 100. X, 306. — Solet autem a novo subiecto altera pars versus incipere, hoc modo: Od. II, 377: *ὥς ἄρ' ἔφη, γρῆυς δέ —.*

Postpositum videmus novum subiectum semel, Od. XX, 120: *ὥς ἄρ' ἔφη, χαῖρεν δὲ κληηδόνι δῖος Ὀδυσσεύς.*

Ad formulam ipsam subiectum apud Homerum et Apollonium Rhodium non additur, sed apud ceteros poetas compluribus locis appositum videmus. cfr. Batrachom. 177. 278. hym. in Cer. 59. Lithic: XX, 14. Quintus Smyrnaeus fere sine discrimine subiectum addidit et omisit.

Occurrit formula *ὥς ἄρ' ἔφη* hisce locis: Hom. Il. II, 265. XXI, 136. 502. V, 607. Od. II, 377. VIII, 482. XVIII, 185. XIX, 301. 386. 503. XX, 120. XXII, 433. XXIII, 181. XXIV, 397. hymn. in Apoll 83, in Cer. 59. batrach 177. 199. 287.

Apoll. Rhod. I, 448. 717. II, 154. 408. 1068. 1216. III, 30. 90. 422. 502. 705. 1118. IV, 34. 66. 294. 1259. 1571.

Quint. Smyrn. I, 373. 436. 755. II, 26. 93. III, 43. IV, 32. 56. 100. V, 291. VI, 93. 452. VII, 705. IX, 230. 264. X, 306. 477. XI, 496. XII, 21. 259. 562. XIII, 19. 478. XIV, 605.

Callim. hymn. in Del. 99. Mosch. id. V, 56. Lithic. XX, 14.

Ut formula *ὥς φάτο* etiam *ὥς ἄρ' ἔφη* coniunctione *καί* continuari potest. Subiectum etiam post hanc formulam, ut post *ὥς φάτο καί* apud Homerum semper idem manet. Apollonius Rhodius pari modo idem subiectum retinet et novum inducit; idem legitur I, 667. III, 572. 1063; novum inducitur: II, 694. IV, 1110. 1659; novum subiectum solo pronomine exprimi potest, cfr. II, 694: *ὥς ἄρ' ἔφη καὶ τοὶ μὲν ἄφαρ βωμὸν τετύκοντο.*

Similiter dictum est IV, 1659. Quintus Smyrnaeus hanc formulam bis usurpavit; uno loco (III, 60) idem subiectum retinetur, altero (V, 449) novum sequitur.

Adhibuerunt formulam *ὥς ἄρ' ἔφη καί* in usum suum Homerus (Il. I, 584. Od. XVII, 409, 462. XXII, 465. hymn. in Mercur. 39. 278. 293. 409. batrach. 65), Tryphiodorus (v. 304). Locos Apollonii et Quinti Smyrnaei iam antea attuli. Nonnus cum rarissime vocabula elideret, hac formula non usus est; sed formam *ἔφη* ita usurpavit, ut initio versus subiectum *ἥ* et inter subiectum et *ἔφη* particulam *μέν* poneret. Legitur ita formula Dionys. I, 344. II, 163: *ἣ μὲν ἔφη*. Eadem formula est apud Callimachum (hymn in Del. 250. lavacr. Pall. 82) et apud Tryphiodorum (v. 417). In paraphrasi evangelii Johannei Nonnus semel formulam composuit: *Χριστὸς ἔφη καί* — (IX, 38).

Invenitur etiam numerus pluralis aoristi activi, formae *ἔφασαν*, *φάσαν*, *ἔφαν*, *φάν*. Sed monendum est has formas praeter Homerum apud solum Hesiodum et Apollonium Rhodium inveniri.

Ut a pleniore forma *ἔφασαν* ordiar, extat formula *ὣς ἔφασαν* in Odyssea X, 46; addito subiecto: Od XX, 384. Hesiod. Theog. 29. — Formulam *ὣς ἔφασαν* addito subiecto, quae est in Od. l. XX v. 384: *ὣς ἔφασαν μνηστῆρες* — Henr Duentzerus in Fleckeiseni annalium philol. vol. 87, p. 740 in suspicionem vocavit. Nam cum hoc uno loco *ὣς ἔφασαν* inveniatur, etiam hic formulam, quae legatur Od. XVII, 488: *ὣς ἄρ' ἔφαν μνηστῆρες* restituendam censuit. Sed cum forma *ἔφασαν* etiam Od. X, 46 extet, et non sit, cur non ad formulam *ὣς ἔφασαν* pariter ut ad *ὣς φάσαν* subiectum addi possit, codicum scriptura non mutanda est.

Formula *ὣς φάσαν* occurrit Il. II, 278, quo loco subiectum *ἡ πληθύς* additum est; Od. IX, 500. X, 67. XII, 192, ubi participium *ἰεῖσαι* adiunctum est; XXI, 366. Apoll. Rh. I, 247. — Forma contracta *ἔφαν* legitur: Il. III, 302. Od. X, 422. 475. hymn. in Cer. 118, quo loco ab J. Henr. Vossio *ἔφαν* ex codicum scriptura *ἔφατ'* recte restitutum est; Il. X, 295 participium *εὐχόμενος* additum est. Potest etiam, ut in forma *ἔφη* inter *ὣς* et *ἔφαν* particula *ἄρα* collocari, *ὣς ἄρ' ἔφαν* obvium est Il. III, 324, VII, 181. 206. Od. IX, 413 addito participio *ἀπιόντες*; XVII, 488 cum subiecto *μνηστῆρες*, item XXI, 404; XVIII, 75. 117; Apollon. Rhod. IV, 1330, qui verba sequentia particula *καί* continuat.

Formula *ὣς φάν* duobus locis Homericis legitur: Od. II, 337. VII, 343.

### c. De participiis verbi *φημί*.

Jam pauca dicenda sunt de participiis verbi *φημί*, ex quibus poetae formulas in orationis directae conclusione composuerunt.

Primum locum obtinet participium *φάμενος*, quod imprimis Quintus Smyrnaeus et Nonnus in usum suum adhibuerunt. Hic, apud quem forma *φάτο* ter occurrit, participium *φάμενος* non minus centies quater usurpavit. Invenitur autem non modo nominativus sed etiam ceteri casus. Occurrit formula *ὣς φάμενος* apud Homerum hisce locis: Il. V, 290. 835. XXII, 247. 460. Od. X, 446. XI, 150. XVIII, 206. XXIII, 85; semel etiam subiectum additum est; Od. XI, 150: *ὣς φαμένη ψυχὴ μὲν ἔβη* —.

Deinde legitur formula apud Callimachum, lav. Pall. 131, apud Moschum II, 108, apud Apollonium Rhodium II, 291. Quintus Smyrnaeus formulam multo saepius usurpavit

quam Homerus, extat his locis: II, 623. IV, 323. 495. V, 165. 427. 559. VI, 84. 429. VII, 219. 667. 700. VIII, 146. X, 328. 432. XII, 66. 73. 274. XIII, 198. 237. 532. XIV, 165. 246. 257. 302. 443.

Apud Nonnum haec formula quasi princeps existit; legitur hisce locis: I, 337. II, 109. 237. III, 123. IV, 64. 226. 307. 406. VI, 103. 318. VII, 67. VIII, 165. 176. 264. X, 120. XI, 155. XII, 172. XIII, 35. XIV, 315. XV, 1. 132. 311. 362. XVI, 183. 302. XVII, 133. XIX, 1. 17. 40. 67. XX, 99. 251. 289. XXI, 238. XXII, 114. XXIII, 1. 252. XXIV, 64. 292. 321. XXV, 351. XXVI, 36. 135. XXVII, 136. 221. 331. XXVIII, 92. XXIX, 45. 311. 362. XXX, 38. 43. 293. XXXI, 70. 98. 124. 191. 228. XXXII, 1. XXXIII, 41. 114. 346. XXXIV, 48. 99. 198. 338. XXXV, 139. XXXVI, 1. XXXVII, 154. 315 346. 494. 499. 621. 644. 675. 758. XXXVIII, 96. 347. XL, 31. 158. XLI, 338. XLII, 1. 108. 526. XLIII, 372. XLIV, 184. 217. XLV, 1. 31. 95. 228. 252. XLVI, 52. 176. 209. 265. XLVII, 187. 205. XLVIII, 31. 439. 527. 563. paraphr. XVIII, 1.

Legitur participii nominativus, genetivus, accusativus, subiectum sine discrimine additur et omittitur; appositum habemus vicies septies. In paraphrasi ev. Joh. XVIII, 1 etiam obiectum est: *ὣς φάμενος τάδε πάντα.* — Deinde usurpaverunt formulam Musaeus v. 194, Tryphiodorus v. 152. 463. 497, Paulus Silentiarius descript. S. Soph. v. 243. 255.

Homerus formulam paululum variavit; inseruit enim inter *ὣς* et *φαμένη* particulam *ἄρα* et accusativum *μιν*; legitur Od. XIII, 429: *ὣς ἄρα μιν φαμένη ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη.*

Nonnus, ut in aliis formulis, etiam in hac p o vulgari *ὣς* pronomen *τοῖος* usurpavit, XII, 41: *τοῖα θεοῦ φαμένοιο*; semel ad *τοῖος* etiam *ἔπος* addidit; XIX, 156: *τοῖον ἔπος φαμένου.*

E participiis verbi *φημί* activis solum *φάς* occurrit, quod in hymn. in Merc. versu 94 legitur: *τόσσον φὰς συνέσευε* —; notandus est hoc loco usus pronominis *τόσσος*, quod a nullo alio poeta usurpatum est.

### d. De formis φῆ et ἦ

Venio nunc ad formulam, de qua iam veteres scholiastae et lexicorum auctores propter singularem eius usum observationes fecerunt. Fusius igitur de formulis *φῆ* et *ἦ* disputare cum mihi in animo sit, primum testimonia veterum, quatenus ad rem pertinent, afferre mihi liceat. Primus hic nominandus est Porphyrius*), cuius verba, cum non solum de usu verbi *ἦ* agant, sed etiam quae differentia inter *φῆ* et *ἦ* intercedat, hic apponam.

Ad Iliadis libri quinti versum 533 *ἦ καὶ ἀκόντισε δουρὶ θοῶς* e. q. s haec adnotat: *τὸ ἦ, ὅτι ταὐτὸν σημαίνει τῷ „ἔφη“ δισυλλάβῳ καὶ τῷ „φῆ“ διγραμμάτῳ ῥήματι παρ' Ὁμήρῳ δῆλον καὶ δοκεῖ γεγενῆσθαι τὸ „ἦ“ ἀπὸ τοῦ „φῆ“ κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ φ. Ζητοῦσι δέ, τίς ἡ διαφορὰ τοῦ „ἦ“ πρὸς τὸ „φῆ“. Διαφέρειν δὲ φαίνεται, ὅτι τὸ μὲν „ἦ“ ἐπὶ προειρημένοις λόγοις ἐπιλέγεται, οἷον ἐν τούτοις· ἦ καὶ κυανέῃσιν (Α. 528). Τὸ δὲ „φῆ“ καὶ τὸ „ἔφη“ προτάσσεται τῶν ῥηθησομένων λόγων καὶ τούτοις ὑποτάσσεται.*

*) Porphyrii quaestt. Homer. ed. Schrader.

Haec sunt verba Porphyrii, quae ad formas φῆ et ἦ pertinent. Recte quidem observavit Porphyrius formam φῆ orationi et anteponi et postponi posse; sed monendum hic est postpositum inveniri apud Homerum semel, Il. XXI, 361: φῆ πυρὶ καιόμενος, ἀνὰ δὲ φλύε καλὰ ῥέεθρα.

Ceteris locis, quibus φῆ usurpatur, a φῆ pendent verba oratione obliqua relata, ut Il II, 37: φῆ γὰρ ὅγ' αἱρήσειν Πριάμου πόλιν —.

Formula φῆ post Homerum iam in hymnis bis invenitur, utroque loco addito subiecto: h. in Mercur. 212: φῆ ῥ' ὁ γέρων, ὁ δέ —; h. in Cer. 145: φῆ ῥα θεά, τὴν δέ —.

His locis idem usus nobis occurrit atque in formula ἦ apud Homerum. Is enim, nisi post ἦ statim καί ponitur, semper ῥα usurpat; ille igitur locus Homericus, quem attuli, singularis est non solum in Homeri carminibus sed omnium poetarum. Atque hoc eo magis mirandum est, quod haec formulae, quae in fine orationis directae ponuntur, tantam firmitatem usu frequenti adeptae erant, ut vix aliud singulariter dictum eiusmodi in Homeri carminibus invenias. Facile igitur aliquis adducatur, ut loco supra allato pro φῆ πυρὶ καιόμενος scribendum censeat ἦ πυρὶ καιόμενος. Sed meam sententiam eloqui si mihi licet, ea de causa nihil mutandum puto, quod hac mutatione singularis dictio non tolleretur. Nam etiam si participium additur, tamen ceteris locis semper ῥα post ἦ ponitur. cfr. Il. XIV, 475: ἦ ῥ' εὖ γιγνώσκων —.

Itaque cum mutatione concinnitas dictionis non restituatur, non est, cur a codicum lectione recedatur.

Etiam apud Hesiodum formula φῆ semel legitur; Theog. 550: φῆ ῥα δολοφρονέων, Ζεὺς δέ —

Apud Callimachum φῆ etiam ante verba oratione directa relata invenitur. cfr. hymn. in Dian. v. 29: φῆ δὲ καταῤῥέζων· ὅτε μοι —; et hymn. in Cer. v. 46. In conclusione orationis directae a libris manuscriptis forma φῆ non tradita est; sed Meinekius editionis suae Callimachi in lavacri Minervae versu 93 hanc formam pro codicum lectione restituit. Postquam inde a versu 85 nympha Chariclo locuta est, libri mss. in fine orationis habent v. 93: ἁ μὲν ἀμφοτέραισι φίλον περὶ παῖδα λαβοῖσα ματὴρ μὲν γοερᾶν οἶτον ἀηδονίδων ἆγε βαρὺ κλαίοισα· θεὰ δέ —.

In peioribus codicibus, cuius scriptores primum versum merito offendebant eumque corrigere conati sunt, ante ἀμφοτέραισι praepositio ἐπ' inserta est. Sed recte mea sententia Meinekius dixit hoc esse scioli commentum, hiantem versum utcumque resarcire conantis.

Cum luce clarius sit locum esse corruptum, magnam excitavit coniecturarum copiam. Ut alias omittam, commemoro Blomfieldium proposuisse: εἶπε καὶ ἀμφοτέραισι —.

Heckerum: ἁ δ' ἔνεπ', ἀμφοτέραις δέ —.

Passovium: ἦ καὶ ἀμφοτέραισι —.

Quae omnes coniecturae iam eo parum commendantur, quod nimis recedunt a vulgata lectione. Sed num Meinekii coniectura φὰ μέν, ἄμ' ἀμφοτέραις δέ recta sit, si diiudicare volumus, primum nobis quaerendum est, utrum in conclusione orationis formula aliqua e verbo dicendi composita ponatur necesse sit, an lectio meliorum codicum ἁ teneri possit, ita ut inter μὲν et ἀμφοτέραισι aliquod vocabulum excidisse putandum sit. Atque inveniuntur quidem apud Callimachum loci, quibus post orationem directam nullum verbum dicendi

ad transitum formandum usurpatur, sed his omnibus locis oratio ex paucis versibus constat. In hymni in Apollinem versu 106 transitus non est, sed oratio uno versu comprehenditur. Similes loci sunt: hymn. in Cer. v. 3, 51, 84, 121; hymn. in Dian. 105, in Del. 215.

Sed si oratio, ut hoc loco, longior est, semper transitus aliquis invenitur. Quaerendum igitur nunc est, num recte restituerit Meinekius *φᾶ μέν, ἄμ᾽ ἀμφοτέραις δέ* —. Atque meam sententiam eloqui si mihi iam nunc licet, haec correctio mihi recta esse non videtur. In nulla enim formula, quae in conclusione orationis collocatur, *μέν* usurpatur, sed sola particula *ἄρα* adicitur. Itaque si *φᾶ* retinere vult Meinekius, prima eius coniectura, quam proposuit in annal. philol. vol. 87, p. 59: *φᾶ καὶ ἄμ᾽ ἀμφοτέραισι* — probanda, altera reicienda est. Sed monendum est etiam hanc coniecturam multum recedere a codicum scriptura. Fortasse etiam Callimachus hoc loco contra usum loquendi nullam formulam ad transitum faciendum posuit; tum quidem mihi Schneideri coniectura (Philol. VI, 517): *ἃ μὲν ἄμ᾽ ἀμφοτέραισι* — valde arrideret; nam, ut recte dicit Schneiderus, nunquam procliviores ad omittendum omnis aevi librarii fuerunt, quam ubi simillime scripta vocabula iuxta posita erant.

Tantum de Callimachi loco corrupto et difficili sane ad sanandum. Quod ad ceteros poetas attinet, commemorandum est, formulam nunquam in usum frequentem transisse; et apud eos poetas, qui eam in usum suum adhibuerunt, non firmam formam adepta est, sed fere unoquoque loco mutatur.

Apud Theocritum formula semel legitur, sequitur statim *καί*, id. XXIV, 100. Deinde Apollonius Rhodius quater formulam usurpavit; duobus locis *φῆ* cum particula *ῥα* coniunctum est, semel participium, semel subiectum additum est. cfr. III, 382: *φῆ ῥα χαλεψάμενος, μέγα δέ* —, III, 693: *φῆ ῥα κασιγνήτη* —.

Semel adiungitur *ἄρα* ad *φῆ*, quo loco hiatus notandus est; III, 718: *φῆ ἄρα, Χαλκιόπη δέ* —.

Quarto loco *φῆ* nude positum est; III, 15: *φῆ· ὁ δ᾽ ἄρ᾽ ἀστραγάλους συναμήσατο* —.

Non immerito Lehrsius in libri, quem scripsit de Aristarchi studiis Homericis pagina 96 videtur dixisse Apollonium Rhodium fortasse hanc varietatem quaesivisse. — Apud Quintum Smyrnaeum uno loco in codicibus *φῆ* traditum est, II, 81: *φῆ μέγα νεικείων, ὁ δέ* —.

Koechlyus in editione sua restituit *ἦ μέγα νεικείων*.

Causa, quae eum commovit, ut traditam lectionem mutaret, ea erat, quod Quintus Smyrnaeus omnibus locis cum participio *ἦ* coniungit, *φῆ* alio loco omnino non usurpavit. cfr.

I, 471: *ἦ μέγα νεικείων.*
III, 128: *ἦ μέγα νεικείουσα.*
IV, 533: *ἦ μέγα κυδαίνων.*
VI, 308: *ἦ μέγ᾽ ἐποτρύνων.*
VII, 287: *ἦ μέγα κωκύουσα.*
I, 198: *ἦ ῥα μέγ᾽ εὐχόμενος.*
V, 521: *ἦ ῥα μέγα στενάχων.*
V, 612: *ἦ ῥα παρηγορέων.*
VIII, 443: *ἦ ῥα μέγα στενάχων.*
XIII, 287: *ἦ ῥα λιλαιομένη.*

Si hunc loquendi usum respicimus, iure meritoque probare possumus Koechlyum singulariter dictum mutavisse et formulam usu comprobatam restituisse. — Haec de formula *φῆ* dicenda videbantur; post Quintum Smyrnaeum formula a nullo iam poeta usurpata est. —

Quoniam de forma *φῆ* dictum est, nunc aggrediar ad usum formulae *ἦ* illustrandum. Porphyrii testimonium iam supra attuli, cum de formą *φῆ* dicere inciperem; restat, ut reliqua veterum de forma *ἦ* testimonia afferam.

In scholiis (a Dindorfio editis) ad Il. I, 219 hoc traditum est: *τοῦτο τὸ ἦ ψιλῶς λεγόμενον καὶ περισπωμένως — δηλοῖ καὶ τὸ „ἔφη“· ἦ καὶ κυανέῃσιν —, καὶ σεσημείωται Ἀρίσταρχος, ὅτι μὲν Ὅμηρος ἀεὶ ἐπὶ προειρημένοις λόγοις ἐπιφέρει τὸ δηλοῦν τὸ „ἔφη“, ὡς ἐπὶ τοῦ προκειμένου, ὁ δὲ Πλάτων μετ᾽ αὐτὸν ἐπιφέρει τὸν λόγον.*

Idem in Etymologico Magno p. 415 traditum est. Breviter etiam Apollonius Sophista in lexico Homerico sub vocabulo *ἦ* observat. Observandi*) autem occasionem dederat falsa lectio Zenodoti Il. XX, 114, quae fuerat: *ἦ δ᾽ἄμυδις καλέσασα θεοὺς ῥεῖα ζώοντας — φράζεσθον* pro *ἡ δ᾽ἄμυδις καλέσασα* (vel potius *στήσασα* ut Aristarchus cum plurimis) *θεοὺς μετὰ μῦθον ἔειπεν.* Quo loco Aristonicus haec verba facit: *ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει θεοὺς ῥεῖα ζώοντας, ἐξ οὗ φανερός ἐστι κατὰ τὸ περισπώμενον ἀνεγνωκώς· ἦ δ᾽ἄμυδις, ἵν ᾖ ἔφη, ὡς ἐκεῖ· ἦ καὶ κυανέῃσιν. Ἠγνόηκε δέ, ὅτι ἐπί τισι προειρημένοις τίθεται παρ᾽ Ὁμήρῳ τὸ ἦ, οὐκ ἐν ἀρχῇ λόγου.*

Haec sunt veterum de forma *ἦ* testimonia, quae notatu digna putarem; quae servata sunt apud Suidam et Photium omisi, cum eundem sensum habeant atque ea quae attuli. Inter omnes igitur consensus est formam *ἦ* positam non esse ab Homero nisi oratione finita. Addendum est non solum ab Homero hanc legem esse observatam, sed etiam a ceteris poetis. Jam transeamus ad formulae usum accuratius illustrandum.

Apud Homerum formulae usus vulgaris is est ut statim post *ἦ* adiuugatur *καί* aut *ῥα καί*. In sequenti versu, ut in omnibus eiusmodi formulis, verba particula adversativa adnectuntur; *αὐτάρ* legitur Il. XI, 320. 368. Od. IX, 371; semel in sequenti versu *ἤ τ ο ι* usurpatur, Od. XXII, 9: *ἦ καὶ ἐπ᾽ Ἀντινόῳ ἰθύνετο πικρὸν ὀιστόν, ἤ τ ο ι ὁ καλὸν ἄλεισον —.*

Monendum est ab alio poeta particulam *ἤτοι* hoc modo non esse adhibitam.

Subiectum in hac formula si additur, ita fit, ut in enuntiato coniunctione *καί* continuato ponatur, ut Il. I, 528: *ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κ ρ ο ν ί ω ν.*

Habemus hoc modo subiectum additum praeterea hisce locis: Il. IX, 620. X, 454. XI, 446. XIII, 59. XVII, 209. XXIV, 440. 621. Od. XVI, 172. XX, 197.

Apud Apollonium Rhodium subiectum uno loco additum est, I, 306. Bis in sequentibus verbis novum subiectum inducitur, III, 22: *ἦ καὶ ἐπ᾽ οὔδεος α ἵ γ ε ποδῶν πάρος ὄμματ᾽ ἔπηξαν.* III, 36: *ἦ καὶ ἀναΐξασαι ἐπὶ μέγα δῶμα ν έ ο ν τ ο.*

Praetermittere non possum formulam ab Apollonio Rhodio semel etiam post orationem indirectam inveniri, I, 512: *ἤειδεν δ᾽ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα — — — — — — ἦ καὶ ὁ μὲν —*

*) vide Lehrs. l. l.

Hi sunt loci, quibus formula ἦ καί usurpatur: Hom. Il. I, 219. 528. III, 292. 369. IV, 192. V, 533. IX, 620. X, 454. XI, 143. 320. 368. 446. 842. XIII, 59. XIV, 14. XV, 742. XVII, 209. XVIII, 410. XIX, 238. 266. XX, 353. 428. XXI, 233. 324. XXIV, 228. 247. 440. 621. Od. IX, 371. XV, 182. 539. XVI, 172. XIX, 476. XX, 197. XXI, 118. 431. XXII, 8. hym. in Apoll. 382. Callim. h in Del. 153. 228. Apoll. Rhod I, 306. 425. 472. 708. 842. 910. 1296. 1326. III, 22. 36. 802. IV, 842. 1337. 1461. Quint. Smyrn. III, 83.

Priusquam ad formulam ἦ ῥα καί transeo restat, ut unum Quinti Smyrnaei locum, quo singularis dictio extat, pertractem. Habent enim codices in libri I versu 563: ἦ, μέγα τοί δ'ἐγέλασσαν —.

Cum omnibus ceteris locis Quintus ad ἦ participium aliquod adiungat, iam Koechlyus in editione sua suspicatus est etiam hoc loco μέγα cum participio aliquo formulae ἦ adnexum fuisse; lacunam igitur in hoc versu esse putat. Atque ego Koechlyo adstipulari non dubito, cum poetam, quam legem undecim locis secutus est, etiam duodecimo observasse mihi persuasum sit. Sed num Koechlyus verba, quae deesse merito contendit, recte restituerit, scribens: ἦ μέγα καγχαλόωσα κατὰ φρένας, ἧκε δ'ἄρ' ἔγχος δεύτερον· τοί δ'ἐγέλασσαν — equidem non diiudicaverim.

De formulae ἦ ῥα καί usu nihil fere dicendum est, cum eodem modo atque ἦ καί usurpetur. Legitur formula hisce locis:

Hom. Il. III, 310. 355. 447. IV, 419. XI, 349. XIII, 754. XV, 346. XVI, 426. XVII, 516. XIX, 424. XX, 259. 438. XXI, 200. 489 590. XXII, 273. 289. 367. 395. XXIII, 24. 564. 596. 612. XXIV, 302. 596. Od. II, 321. V, 528. VI, 198. VIII, 186. 417. 469. XIV, 446. XVI. 154. XVII, 197. 356. 396. XVIII, 108. XIX, 96. XXII, 236. XXIII, 366.

Theocr. id. XXV, 84. Apoll. Rh. I, 463. 1344. II, 619. 1168. III, 111. 645. Quint. Sm. I, 335. II, 619. VIII, 162. 217.

Pauca verba mihi facienda sunt de Theocriti loco id. XXV, 84: ἦ ῥα καὶ ἐσσυμένως ποτὶ τωὔλιον ἶξον ἰόντες.

Neque ad ἦ ῥα neque ad verba sequentia subiectum additum est, cum mutetur persona. Qua de re veretur God. Hermannus (cfr. Zimmermanni annal. antiquit. a. 1840 p. 975), ut recte legatur hic versus. Scripsisse poetam putat: ἦ ῥα, μάλ' ἐσσυμένως δέ —. Cum librariorum menti obversaretur, quod permultis locis Homericis inveniatur: ἦ καί et ἦ ῥα καί, μάλ' hic esse mutatum. Dicit deinde vir doctus omnibus locis, quibus καί post ἦ inferatur, etiam alterum verbum de eadem persona dici, sin mutetur persona, sequi δέ. Sed iam nonnullos locos commemoravi, quibus in verbis cum καί continuatis novum subiectum infertur. vide Il. XXI, 233. Apoll. Rhod. III, 22. 36. Quare correctio Hermanni reicienda, retinenda est codicum scriptura. Notandum est ad formulam ἦ ῥα ipsam etiam subiectum addi posse, quod in formula ἦ nude posita nunquam fit. Hoc modo adiecta est persona hisce locis apud Homerum: Il. VI, 390: ἦ ῥα γυνὴ ταμίη. XXII, 77: ἦ ῥ' ὁ γέρων. Od. III, 337: ἦ ῥα Διὸς θυγάτηρ. XXII, 292: ἦ ῥα βοῶν ἑλίκων ἐπιβουκόλος. Post Homerum semel apud Theocritum persona addita est, ubi verba sequentia coniunctione καί adnectuntur, id. XXII, 75: ἦ ῥ' Ἄμυκος καί —.

Cum additur subiectum, in verbis sequentibus nova persona inducitur, excepto uno loco, XXII, 77: ἦ ῥ' ὁ γέρων, πολιὰς δ'ἄρ' ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσίν.

Participium ad formulam ἦ ῥα apud Homerum semel positum est, Il. XIV, 475: ἦ ῥ' εὖ γιγνώσκων; bis apud Apollonium Rhodium: I, 348. II, 19; semel etiam adverbium περιφραδέως: III, 947; apud Quintum Smyrnaeum omnibus locis, nisi καί sequitur, participium additum est. Restat unus locus apud Homerum, quem commemorem, quo ἦ ῥα nude positum est, aeque atque ἦ, Il. XXIV, 643: ἦ ῥ', Ἀχιλλεὺς δέ —.

Haec fere sunt, quae de formulis ex verbo φημί compositis, quas poetae Graeci in conclusione orationis directae usurpaverunt, disputanda haberem. Quarum in usu maxime Apollonium Rhodium et Quintum Smyrnaeum vestigia Homeri secutos esse, Nonnum ex suo ipsius ingenio formulas novas antea non usitatas deprompsisse vidimus. —

## II. De formulis ex verbo εἰπεῖν formatis.

Pertractatis igitur formulis, quae ex verbo φημί compositae sunt, nunc agam de eis, quae constant ex verbo εἰπεῖν; ac primum quidem de iis, quae et apud Homerum et apud unum alterumve poetarum posteriorum inveniuntur, tum de eis, quae aut apud Homerum aut apud aliquem ceterorum poetarum solum locum suum habent. Et de usu formularum ita verba faciam, ut id solum afferam, quod non commune habeant cum iis formulis, quas iam antea pertractavi, id autem, quod est proprium omnium formularum, nunc iam omittam.

### a. De participio εἰπών (εἰποῦσα).

Usitatissima formula ex verbo εἰπεῖν composita, quam etiam posteriores poetae saepe usurpant, est ὣ ς ε ἰ π ώ ν. Quantopere poetae eam formulam adamaverint, maxime apparebit, si scriptores attulero, qui eam in usum suum adhibuerunt. Inveni formulam apud hosce poetas: apud Homerum, in hymnis, apud Hesiodum, Theocritum, Moschum, Quintum Smyrnaeum, Nonnum, Aratum, Tryphiodorum, Tzetzem, in Argonauticis (quae Orpheo adscribuntur). Non usurpaverunt formulam poetarum, quos ego inspexi, Callimachus, quod non multum refert, cum apud eum non multae orationes directae inveniantur, et Apollonius Rhodius, quod sane dignum est, quod notetur, cum is magno studio Homerum secutus sit. Primum dicendum est in hac formula aliquoties orationem sine particula adversativa continuari, ut Il. V, 470: ὣς εἰπὼν ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου· ἔνθ' αὖ Σαρπηδών —.

Habemus praeterea hunc usum hisce locis: Il. VI, 72. XV, 514. XI, 434. XVI, 751. 514. XXI, 227. XXII, 21. Od. XIII, 217. XXII, 142. XXIV, 219. Apud Quintum Smyrnaeum duos eiusmodi locos inveni: II, 136. XIII, 374, plures apud Nonnum, nam cum formula legatur omnino undequinquagies, vicies sine particula adversativa extat. Etiam apud Theocritum unus locus est: id XXV, 189. Nec praetermittere possum eos locos, quibus particula adversativa eam ob causam non sequitur, quia statim nova oratio directa inducitur, ut Il. XVII, 183. 507. XXIII, 442. Od. VIII, 406. Locum, qui est in Iliadis libri VIII versu 184, non attuli, quia ab Aristarcho ut spurius iure eiectus est (vide Lehrs. l. l. p. 193). Commemorandi mihi etiam sunt nonnulli loci, quibus in sequenti versu novum subiectum sola verbi forma exprimitur. cf. Il. IV, 73: ὣς εἰπὼν ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην· βῆ δέ — ἀΐξασα —.

Subiectum in altero versu non, ut exspectes, persona est, quae antea locuta est, Juppiter, sed, ut apparet ex *ἀΐξασα*, Athene. Idem versus est Il. XXII, 186. Od. XXIV, 487. Praeterea Il. XIII, 788: *ὣς εἰπὼν παρέπεισεν ἀδελφεοῦ φρένας ἥρως, βὰν δ' ἴμεν* —.

Sed hic locus non tam mirus est, cum ex verbo *βάν* subiectum facile intellegi possit. Invenitur autem formula hisce locis:

Hom. Il. I, 326. 446. IV, 73. 292. 364. V, 35. 460. 470. 792. VI, 61 72. 466. 482. VII, 120. 412. VIII, 41. 184. X, 72. 131. 193. 254. 564. XI, 291. 434. 456. 472. XIII, 155. 239. 383. 640. 788. XIV, 9. 147. 361. XV, 142. 218. 262. 352. 429. 500. 511. 559. 572. 673. XVI, 210. 275. 632. 726. 751. XVII, 43. 82 183. 456. 507 540. XVIII, 343. 468 XIX, 309. 349. XX, 110. 340. 455. XXI, 227. 400. 571. XXII, 21. 186. XXIII, 152. 349. 442. 624. 725. 797. Od. I, 196. 125. III, 51. IV, 425. 570. 767. 778. 838. V, 291. VI, 71. 127. VII, 153. VIII, 15. 359. 406. IX, 177. 461. X, 76. 274. XI, 253. 627. XIII, 63. 217. XIV, 48. 72. 518. XV, 120. 130. 547. XVII, 84. 254. 324. XVIII, 340. XIX, 600. XX, 299. 371. XXI, 136. 221. 242. XXII, 142. XXIV, 219. 487. hymn. in Apoll. 133. 254. 275. 294. 331. in Merc. 227. 496. in Ven. 156. 292. in Cer. 88. in Dionys. 32. batrach. 144.

Hesiod. scut. 122. 338. Theocr. id. XXV, 62. 189. Mosch. id. II, 28. Quint. Smyrn. I, 592. 654. II, 136. 338. 452. III, 53. 267. 349. 781. V, 482. VI, 390. 435. VII, 93. 226. 312. 670. VIII, 23. IX, 61. 253. 516. 525. X, 231. XI, 142. XII, 303. XIII, 203. 241. 374. XIV, 223. 313. 449. Nonn. I, 408. II, 699. IV, 1. VIII, 1. IX, 92. 155. XI, 43. 313. XVI, 144. XVII, 81. 192. 287. XVIII, 42. 306. XIX, 57. 196. XX, 325. 394. XXI, 272. XXIII, 104. 192. XXIV, 170. XXV, 368. XXVIII, 150. XXIX, 68. XXXII, 76. 221. XXXIV, 297. XXXV, 78. 155. 314. XXXVI, 133. 470. XXXVII, 224. XXXVIII, 297. XXXIX, 1. 123. 171. XL, 61. 353. XLII, 274. XLIII, 192. XLVI, 97. XLVII, 607. 654. 728. XLVIII, 617. 887. paraphr. I, 159. VII, 34. Arat. Phaen. 127. Tryphiod. 437. Tzetz. Posthom. 314. 423. (Orph.) Argon. 392. 854. 1170. 1238.

Ut frequentiam formulae numero comprehendam, extat

| | |
|---:|---:|
| in Iliade | 76 |
| in Odyssea | 42 |
| idem subiectum in Iliade | 16 |
| in Odyssea | 13 |
| subiectum additur in Iliade | 16 |
| in Odyssea | 2 |
| apud Quintum Smyrnaeum | 30 |
| idem subiectum | 9 |
| subiectum additur | 3 |
| apud Nonnum | 48 |
| idem subiectum | 14 |
| subiectum additur | 15 |

Omnibus fere locis subiectum additum est in fine versus, ut Il. VI, 466: *ὣς εἰπὼν οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος υἱός.*

Statim post participium subiectum perpaucis locis positum est atque semper post femininum *εἰποῦσα*; sed hoc modo solum vocabulum *θεά* appositum videmus. Legitur *ὣς*

*εἰποῦσα θεά* his locis: Il. III, 139. Od. XIII, 352. 366. hymn. in Ven. 144. in Cer. 276. Argonaut. (Orph.) 556.

Sola formula *ὣς εἰπών* tantam firmitatem adepta erat, ut etiam a posterioribus poetis immutata reciperetur. Ceterae formulae, quae apud Homerum cum participio *εἰπών* compositae sunt, a ceteris poetis ad voluntatem mutatae sunt. Sed una formula, quae simplicissima mutatione formulae *ὣς εἰπών* facta est, semel apud Homerum et apud Nonnum invenitur; *ὣς ὁ μὲν εἰπών* legitur: Il. II, 70. Nonn. paraphr. VII, 34, utroque loco formula versum non incipit sed claudit.

Apud Homerum praeterea hae formulae extant.

Primum formula *ὣς εἰπών* ita mutari potest, ut initio versus subiectum ponatur; sed ita solus articulus *ἡ* invenitur; formula *ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ'* extat his locis: Il. VIII, 425. XI, 210. XV, 100. 147. XVIII, 202. XXIII, 212. XXIV, 188. Od. V, 41. XV, 44. 454. In fine versus persona ipsa, quae inest articulo *ἡ*, nominatur, velut Il. V, 133: *ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπέβη γλαυκῶπις Ἀθήνη*.

Semel dualis numerus invenitur: Il. XXI, 298. Initio versus etiam particula *ἤτοι*, deinde subiectum *ὁ* poni potest; formula *ἤτοι ὅ γ' ὣς εἰπών* legitur apud Homerum sexies, sed ita ut formulam semper eadem verba *κατ' ἄρ' ἕζετο, τοῖσι δ' ἀνέστη* sequantur; loci sunt: Il. I, 68. 101. II, 76. VII, 354. 365. Od. II, 224; hymn. in Mercur. v. 365.

Alia mutatio formulae *ὣς εἰπών* ea est, ut versus incipiat a particula *ὥς*, tum *ἄρα* sequatur; sed in hac formula solus dativus et accusativus participii invenitur. Extat *ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι* et *ὣς ἄρα μιν εἰπόντα* his locis: Il. XIII, 821. XVI, 502. 855. XXII, 361. Od. V, 313. XV, 160. 525.

Hae sunt formulae, quae seu graviore seu leviore mutatione ex formula *ὣς εἰπών* formatae sunt et apud solum Homerum leguntur.

Apud posteriores poetas levissima commutatio formulae *ὣς εἰπών* ita fit, ut pro adverbio *ὣς* pronomen *οὗτος* vel *τόσσος* vel etiam adverbium *ὧδε* substituatur. In batrachomyomachia legitur *ταῦτ' εἰπών* bis: vv. 99. 122; apud Theocritum invenitur *τόσσ' εἰπών*: id. VI, 41, et *ὧδ' εἰπών* id XXIII, 49. Sed cum God. Hermannus hoc carmen „valde a Theocriti ingenio abhorrens" appellet, fortasse etiam adverbii *ὧδε* usus singularis demonstrat carmen esse spurium.

Ut apud Homerum etiam apud Callimachum nominativus articuli generis feminini initio versus collocatur, sed cum Homerus deinde verba *ἄρ' ὣς* sequentia faciat, ille pronomen *τόσσος* adhibet. Extat formula *ἁ μὲν τόσσ' εἰποῖσ'* apud Callimachum, hymn. in Cer. v. 66. Theocritus semel etiam genus masculinum articuli usurpavit; legitur *χὼ μὲν τόσσ' εἰπών* id. VII, 90.

Semel Callimachus inter adverbium *ὣς* et participium subiectum *ἡ παῖς* inseruit; formula *ὣς ἡ παῖς εἰποῦσα* extat hymn. in Dian. v. 26.

Pindarus formulae Homericae *ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι* similem formavit: *ὣς ἄρ' εἰπών*, quae legitur Pyth. IX, 66 et Isthm. VI, 55. Is etiam participium *εἴπας* semel usurpavit, quo formulam *ὣς ἄρα θεὸς σάφα εἴπας* composuit, quae legitur Olymp. VIII, 46.

### b. De reliquis verbi εἰπεῖν formis.

Accedamus nunc ad ceteras formulas ex verbi εἰπεῖν formis constantes. Apud Homerum solae formae εἴπεσκεν et ἐρέει inveniuntur, quibus formulas ὥς ἄρα τις εἴπεσκεν et ὥς πότε τις ἐρέει composuit, quibus formulis non ad orationem vere habitam sed ad orationem fictam respicitur; ante orationem similis formula ponitur. Exempli causa affero Il. IV, 81: ὧδε δέ τις εἴπεσκεν, ἰδὼν εἰς πλησίον ἄλλον, tum, postquam tribus versibus oratio ficta relata est, v. 85: ὥς ἄρα τις εἴπεσκεν, Ἀχαιῶν τε Τρώων τε.

Hoc loco praetermittere non possum Homerum adverbium ὧδε, quod initio versus compluries posuit, in conclusione nunquam usurpasse. Formula ὥς ἄρα τις εἴπεσκε praeterea invenitur his locis: Il XVII, 423. XXII, 375; in Odyssea omnibus tribus locis idem versus legitur: IV, 772. XIII, 170. XXIII, 152: ὥς ἄρα τις εἴπεσκεν, τὰ δ'οὐκ ἴσαν, ὡς ἐτέτυκτο.

Formula ὥς πότε τις ἐρέει bis in Iliade extat: IV, 182. VI, 462. Pindarus infinitivum εἰπεῖν cum verbo δοκεῖν et pronomine τόσος copulatum semel adhibuit. cfr. Olymp. VI, 70 sq.: κνάναιγις ἐν ὄρφνᾳ — κνώσσοντί οἱ παρθένος τόσα εἰπεῖν — ἔδοξεν.

Cum Homerus rarissime forma indicativa verbi εἰπεῖν usus sit, apud posteriores poetas imprimis apud Nonnum forma εἶπεν in frequentiorem usum venit. Incipiamus a simplicissima formula, quae constat ex solo verbo εἶπεν, quod ponitur initio versus. Ante Nonnum formulam adhibuerunt Callimachus et Theocritus, apud illum legitur in epigr. I v. 7: εἶπεν, ὁ δέ; semel, in hymn. in Cer. 57 etiam subiectum additum est: εἶπεν ὁ παῖς, Νέμεσις δέ —. Theocritus formulam semel, in id. XXII v. 181 usurpavit: εἶπε, τὰ δ'οὐκ ἄρ' ἔμελλε θεός —.

Ab Apollonio Rhodio et Quinto Smyrnaeo, qui magis Homero se applicaverunt, haec formula non adhibita est; sed Nonnus, qui imprimis formulas ab Homero usurpatas repudiavit et sibi ipse novas composuit, amore et studio quodam eam sibi vindicavit. Plerumque ad formulam participium addidit, etiam subiectum compluribus locis extat. Loci Nonniani hi sunt: II, 356. III, 372. V, 533. VII, 106. IX, 243. X, 461. XVII, 262. XXI, 145. XXIV, 213. XXIII, 180. 383. XXXIV, 221. XXXV, 184. XLII, 124 322. XLVII, 453. XLVIII, 234. 301. 448 608. paraphr. VII, 149. X, 108. XXI, 114.

Participia, quae Nonnus ad εἶπεν adiecit, sunt: ὁμοκλήσας II, 356. XVII, 262; ἀγαλλομένη IX, 243; ἀναβλύζων XI, 461; ἀπειλείων XXI, 145; παραιφαμένη XXXIII, 383; γελόωσα XXXV, 184; παραπλάζων XLII, 322; παρηγορέων XLVII, 453; XLVIII, 449 234; κοτέουσα XLVIII, 301.

Formula εἶπε etiam coniunctione καί continuari potest; subiectum tum in Dionysiacis addi non solet, semel tamen extat: XIX, 344: εἶπε Μάρων καὶ πάντες —. In paraphrasi, in qua εἶπε καί octies legitur, quater ante καὶ subiectum appositum videmus: IV, 129. 228. IX, 25. XIII, 94.

Callimachus formulam εἶπε καί bis adhibuit: hymn. in Jov. 30; in Del. 130; Nonnus hisce locis: I, 481. IV, 177. VI, 325. VIII, 103. XI, 478. XVIII, 320. XIX, 344. XXIX, 151. XXX, 76. XXXII, 9. XXXIII, 140. XXXIV, 81. XXXVIII, 212. XXXIX, 74. XL, 428. XLI, 360. XLV, 216. 262. XLVI, 352. XLVIII, 607. 865. paraphr. IV, 75. 79. 122. 129. 228. IX, 25. XI, 157. XX, 96.

Haec de simplici forma εἶπεν; inveniuntur praeterea, imprimis apud Nonnum, tales formulae ex verbo εἰπεῖν compositae, in quibus adverbium ὥς aut pronomen aliquod praepositum est.

Apud Pindarum una formula huiusmodi extat; Pyth. IV, 156: ὥς ἄρ' ἔειπε. — Theocritus hanc ita recepit, ut subiectum adderet, id. XVII, 69: ὥς ἄρα νᾶσος ἔειπεν. — Adverbium ὥς etiam Musaeus initio versus posuit, adiecit pronomen ὅδε, v. 272. Sed cum codices in solo verbo εἶπε consentiant, in pronomine tradito fluctuent, paucis verbis mihi de hoc versu disserendum est. Habent codices:

B: ὥς ἡ μὲν ταῦθ' εἶπεν.
V: ὥς ἡ μὲν τάδε εἶπεν.
N: ὥς ἡ μὲν τοιαῦτ' ἔειπεν.
P: ὥς ἡ μὲν ταῦτ' ἔειπεν.

Respicienti versus metrum haud difficile est contendere scripturas codicum Net Prectas esse non posse, cum a metro abhorreant. Etiam lectio codicis B reicienda est. Nam quoniam Wernickius (ad Tryphiodorum p. 39) luculente demonstravit nunquam Tryphiodorum, Musaeum, Colluthum duos in uno commate coniunctos spondeos admisisse, merito eius correctionem ὥς ἡ μὲν τάδ' ἔειπεν probare possumus, praesertim cum praeterea Ric. Volkmannus (comment. ep. p. 25) ostenderit elisionis genus ut ταῦτ' a Musaeo alienum esse. Tantum de Musaei loco. —

Adverbium ὥς initio versus ante formam εἶπε etiam Tzetzes usurpavit, qui duobus locis ante ὥς et εἶπε verba ὁ μέν inseruit, altero etiam participium addidit, cfr. Posthom. v. 405: ὥς ὁ μὲν εἶπεν Ὀδυσσεύς· τοὶ δέ —. v. 612: ὥς ὁ μὲν εἶπεν ἐπελθών· τοὶ δέ —.

Praeter adverbium ὥς Nonnus etiam pronomine τοῖος usus est, quod initio versus collocare solet; cfr. paraphr. XI, 131: τοῖα μὲν εἶπεν ἕκαστος; semel ad pronomen τοῖος etiam ἔπος apposuit et orationem coniunctione καί continuat. cfr. Dionys. XXX, 160: τοῖον ἔπος μόγις εἶπε καί —, formula simillima Homericae: οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτ' ἄρ' — (Il. X, 540. Od. XVI, 11. 351).

Semel Nonnus nec adverbium nec pronomen adhibuit sed subiectum initio versus posuit; paraphr. XIII, 100: Ἰησοῦς μὲν ἔειπεν.

### c. De verbo ἐννέπειν.

Quoniam de formulis, quae constant ex verbo εἰπεῖν, disserui, iam accedam ad verbo εἰπεῖν cognatum, ἐννέπειν. Ab Homero hoc verbum non adhibitum est, sed primus, qui id in talibus formulis protulit, Pindarus est, qui formulam ὥς ἔννεπε formavit, Olymp. I, 86. Nem. X, 79. Eandem semel usurpavit Callimachus, h. in Dian. v. 158. Usitatissima formula ex hoc verbo composita est ἔννεπε initio versus positum, qua formula primus usus est Callimachus; apud eum bis legitur, h. in Dian. 86. in Del. 205. Persaepe Nonnus formulam adhibuit, apud quem his locis invenitur: II, 631. VIII, 348. 389. XI, 81. XII, 29. 290 XVI, 228. XVII, 306. XXI, 17. XXIII, 70. 320. XXX, 126. 186. XXXIV, 247. XXXVI, 78. 271. 350. XXXVII, 381 553. 775. XLII, 153. 486. XLVI, 239. 320. XLVII, 104. 567. XLVIII, 370. 514. 783. 827. paraphr. VI, 181. 226. XIV, 14. Participia ad ἔννεπε addita haec inveni: κερτομέων II, 631. XVII, 306. XLVIII, 370. 783; αἰτίζουσα

VIII, 348; *κυδιόωσα* VIII, 389. XII, 290. XXX, 126; *οἰκτείρων* XI, 81. XLVIII, 827; *ἐρείσας* XXIII, 70; *παφλάζων* XXIII, 320; *δακρυχέουσα* XXX, 186; *θαμβήσας* XXXVI, 271; XLVII, 104; *παπταίνων* XXXVI, 350; *ἐλαύνων* XXXVII, 381; *ἔχων* XLII, 153; *κουφίζουσα* XLVI, 239; *λυσσόωσα* XLVI, 320; *θαρσύνουσα* XLVII, 567; *ὁδεύων* XLVIII, 514.

Colluthus ter formulam adhibuit: v. 303. 379; tertio loco v. 333 participium *δακρυχέουσα* apposuit. Ut formulam *εἶπε* etiam *ἔννεπε* Nonnus coniunctione *καί* continuat; *ἔννεπε καί* legitur: Dionys. I, 507. XVI, 365. XXI, 225. XXXII, 46 XXXIII, 48. XXXVI, 161. XLVIII, 723. 848. 909. paraphr. III, 48. 110. VI, 1.

Semel Nonnus etiam pronomine *οὗτος* usus est, quod alio loco nec in Dionysiacis nec in paraphrasi legitur, sed initio versus non pronomen sed subiectum posuit; cfr. paraphr. VIII, 32: *κοίρανος ἔννεπε ταῦτα.* Fortasse ad hoc pronomen adductus est verbis evangelistae: *ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν.* — Compluribus locis Nonnus etiam cum pronomine *τοῖος* substantivum *ἔπος* coniunxit, qua in formula subiectum additum est: Dion. I, 125. IV, 247. XI, 214. XL, 194. 574. Sed etiam solum pronomen cum *ἔννεπε* copulatur: Dion. XXII, 284. XXXIII, 317. XLVII, 295, quam formulam Colluthus recepit, v. 98: *τοῖον — ἔννεπε Κύπρις,* praeterea v. 276. Nonnus semel etiam participium *ἐνέπων* usurpavit, XXXIV, 19: *τοῖα μάτην ἐνέπων.* Colluthus etiam substantivum *συνθεσίη* cum pronomine *τοῖος* coniunxit, v. 315.

Afferenda mihi sunt duo composita verbi *ἐνέπειν.* Apollonius Rhodius semel *παρεννέπειν* usurpavit, quod pronomine *τοῖος* copulavit; cfr. III, 367: *τοῖα παρέννεπεν Ἄργος.* — Colluthus semel *προσεννέπειν* in usum suum adhibuit, v. 189 J. Bekkeri editio habet: *τοίαδ' ἐφυβρίζουσα προσέννεπε Κύπρις.*

Pronomen *τοίαδ'* Bekkerus ex vulgata lectione *τοῖα δέ* restituit, sed non feliciter mea sententia. Nam etiam v. 376 Colluthus verba *τοῖα δέ* usurpavit: *τοῖα δὲ φωνήσασα προσέννεπε Τυνδαρεώνη.*

Sed ego non intellego, cur a lectione codicis vetustissimi Mutinensis recedendum sit. Is enim habet: *τοῖον ἐφυβρίζουσα* — ; conferas velim cum hoc loco versum 98: *τοῖον ἐφεσπομένη ῥοδοδάκτυλος ἔννεπε Κύπρις.* cfr. etiam v. 131.

Unum dignum est, quod commemorem: Apollonius Rhodius verbum *εἰπεῖν* in conclusione orationis directae omnino non usurpavit, Quintus Smyrnaeus solam formulam *ὣς εἰπών*; non immerito igitur contenderim Apollonium Rhodium id non mero casu fecisse.

Jam pertractavi omnes formulas, quae constantes ex verbis *εἰπεῖν* et *ἐννέπειν* in conclusione orationis directae collocatae sunt; pergo ad verbum *ἀγορεύειν.*

## III. De verbo *ἀγορεύειν.*

Cum Homerus hoc verbum non raro usurpet, apud posteriores poetas passim modo invenitur. Sed etiam Homerus non plures quam quattuor formulas ex verbo *ἀγορεύειν* composuit, quarum una frequentius legitur. Si duo vel plures collocuti sunt, Homerus in fine orationis formulam adhibet: *ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.*

Extat his locis: Il. V, 274. 431. VII, 464. VIII, 212. XIII, 81. XVI, 101. XVIII, 368. XXI, 514. Od. IV, 620. VII, 334. VIII, 334. XIV, 409. XV, 493. XVI, 321. XVII, 166. 290. XVIII, 243. XX, 172. 240. XXII, 160. XXIII, 288. XXIV, 98. 203. 383. hymn. in Merc. v. 182.

Subiectum in sequentibus verbis novum inducitur, excepto uno loco, Od. XV, 493. Semel ad ἀγορεύειν substantivum ἔπος addidit, Il. XXIV, 141. Bis Homerus numero singulari usus est, addito subiecto, Il. VIII, 542. XVIII, 310: ὣς Ἕκτωρ ἀγόρευε; semel subiectum initio versus posuit, Od. XVIII, 271: κεῖνος τὼς ἀγόρευε. Notandus hoc loco est usus singularis adverbii τώς, quod in talibus formulis hoc uno loco extat. — Semel participium positum est, Od. IV, 76: τοῦ δ' ἀγορεύοντος σύνετο —.

Apollonius Rhodius verbum ἀγορεύειν bis in usum suum adhibuit, I, 260: αἱ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευον; similiter II, 248. Is semel etiam verbum ἀγοράομαι usurpavit, II, 1226: ὣς οἵ γ' ἠγορόωντο, quam formulam etiam Quintus Smyrnaeus semel adhibuit; VII, 308: τοῖα πατὴρ ἀγόρευε —; praeterea subiectum additum est XXXVIII, 70; sine subiecto forma ἀγόρευε extat Dion. XLII, 313; paraphr. VII, 20. —

## IV. De verbis φωνεῖν, αὐδᾶν (προσαυδᾶν), λέγειν, λαλεῖν, φθέγγεσθαι, ἴσκειν.

Venio ad verbum φωνεῖν, quod Homerus in fine orationis directae, quamquam unam ex eo formulam composuit, sexagies bis usurpavit. Formula quam formavit, est: ὣς ἄρα φωνήσας (φωνήσασα, φωνήσαντες); extat hisce locis: Il. I, 428. II, 35. 84. V, 239. VI, 116.*) 232. 369.*) 494*) VII, 103. 303. VIII, 157. 432. IX, 199*) X, 349. XI, 531. XII, 251. 370.*) XIII, 833. XVI, 862*) XVII, 188.*) 673.*) XVIII, 65. 138. 388.*) XIX, 12.*) 37. 416. XX, 144.*) XXI, 415 468. XXII, 306. XXIII, 99. XXIV, 93.*) 468.*) 671. Od. II, 405.*) 413. III, 29.*) 371.*) IV, 657. 715. V, 91.*) 148*) 192*) 351.*) 380. VI, 316. VII, 37.*) 78.*) VIII, 46. 104. X, 302*) XIV, 418. XV, 215. 282. XVI, 40. 190. 213. XVIII, 394. XXII, 79. 326. XXIV, 361. hymn. in Apoll. 340, in Cer. 231; batrachom. v. 160. Apollonius Rhodius, Quintus Smyrnaeus, Nonnus verbum φωνεῖν non usurpaverunt, sed Musaeus, Colluthus, Tzetzes rursus in usum suum adhibuerunt. Colluthus inter ὣς et adiectivum subiectum inseruit; cfr. v. 385: ὣς ἡ μὲν πολύδακρυς — φωνήσασα; semel pronomen τοῖος posuit, v. 376: τοῖα δὲ φωνήσασα. φωνεῖν.

Musaeus semel imperfectum verbi φωνεῖν adhibuit, cui subiectum apposuit; cfr. v. 84: τοῖα μὲν ἠιθέων τις ἐφώνεεν.

Tzetzes compositum προσφωνεῖν semel usurpavit, pronomine τοῖος et subiecto addito. cfr. Homer. v. 337: τοῖα μέν οἱ Πρίαμος προσεφώνεεν.

Verbum αὐδᾶν etiam multo rarius in his formulis usurpatur. Apud Homerum plane deest; sed apud Pindarum iam bis extat, qui participium adhibuit; cfr. Pyth. IV, 232: ὣς ἄρ' αὐδάσαντος; eadem formula Nem. X, 89. Posteriorum poetarum solus Apollonius Rhodius verbum αὐδᾶν in fine orationis habet; coniungit imperfectum cum adverbio ὥς. Formula ὣς ηὔδα legitur: III, 76. 564 (participio μεμαώς addito). 912. IV, 1380. 1562. Semel formulam copula καί continuat: IV, 99. Homerus duobus locis compositum προσαυδᾶν adhibuit, Il. XI, 136: ὣς τώγε κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα; eadem formula XXII, 90. αὐδᾶν.

Accedo ad verba λέγειν et καταλέγειν. λέγειν.

---

*) locos, quibus subiectum additum est, asterisco, signavi.

Homerus semel participium verbi λέγειν usurpavit, ita ut etiam πιφαύσκειν adderet. Od. XII, 165: ἤτοι ἐγὼ τὰ ἕκαστα λέγων ἑτάροισι πίφαυσκον. Post eum etiam Pindarus, Theocritus, Nonnus ex verbo λέγειν formulas composuerunt. Pindarus semel praesens in usum suum vocavit, ad quod subiectum adiecit. Olymp. VIII, 43: ὡς ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα.

Theocritus imperfectum ἔλεγεν, apposito subiecto, usurpavit; id. XXIV, 71: τόσσ' ἔλεγεν βασίλεια. — Pronomen τόσσος unus codex XI habet, in ceteris traditum est: τῶς ἔλεγεν —, quam lectionem probavit Lehrsius. H. Fritzschius autem et Ahrensius unum codicem XI secuti τόσσ' in textum receperunt Affert Fritzschius, ut probet lectionem suam, id VII, 128: τόσσ' ἐφάμην. Et recte fecit Fritzschius quod τόσσ' in textum recepit et exemplum ad lectionem probandam attulit aptum; potuit praeterea afferre: id. VI, 41: τόσσ' εἰπών; VII, 90: χὠ μὲν τόσσ' εἰπών (I, 138). Atque ego contendo τόσσ' in textum recipiendum fuisse, etiamsi a nullo codice traditum esset, cum vix mutatio appellari possit. — Pronomen τόσσος cum verbo λέγειν etiam Callimachus copulavit, ita ut initio versus subiectum poneret; hym. in Del. v. 196: οἱ μὲν τόσσα λέγοντες.

Nonnus verbum λέγειν semel cum substantivo ἔπος coniunctum usurpavit, paraphr. XI, 91: τοῖον ἔπος λέξασα —. Praeterea a codicibus in Dionysiacorum libri quinti versu 366 traditum est: ἡμιθανὴς τάδ' ἔλεξε καί —. De hoc versu scitissime disputavit A. Ludwichius in libello: Beiträge zur Kritik des Nonnus p. 16. Ostendit ibi vir doctus, apud Nonnum nullum unquam pronomen elidi, deinde a Nonno in orationum directarum conclusionibus nunquam pronomen ὅδε sed τοῖος usurpari; et quod pro tradita lectione proposuit: ἡμιθανὴς κατέλεξεν valde probabile est, cum etiam aliis locis καταλέγειν a Nonno absolute positum sit. — Verbum καταλέγειν ante Nonnum iam apud Callimachum semel invenitur; hymn in Del. v. 274: ὧδε σὺ μὲν κατέλεξας· ὁ δέ —.

A Nonno verbum καταλέγειν maxime cum substantivo ἔπος coniungitur; τοῖον ἔπος κατέλεξε legitur: Dion. X, 217. 321. XVI, 339. XX, 403. XXXIV, 122. XL, 570. XLIII, 143. XLVII, 56. 533. paraphr. X, 20; quattuor locis oratio copula καί continuatur: Dion. VIII, 367. X, 321. XLII, 429. XLVII, 713. —

λαλεῖν. Verbum λαλεῖν semel in fine orationis directae invenitur; apud Nonnum paraphr. XVIII, 105 legitur: ταῦτα δέ οἱ λαλέοντι. —

φθέγγεσθαι. Φθέγγεσθαι semel apud Pindarum extat, qui pronomine τοιοῦτος usus est, addito subiecto; Pyth. VIII, 56: τοιαῦτα μὲν ἐφθέγξατ' Ἀμφιάρηος. Praeterea φθέγγεσθαι a Nonno usurpatum est, qui subiectum apposuit; Dion. V, 461: τοῖα κύνες φθέγξαντο. Semel compositum ἐπιφθέγγεσθαι legitur; paraphr. IX, 112: τοῖα — ἐπεφθέγξαντο τοκῆες.

ἴσκειν. Aggredior ad verbum ἴσκειν, quod vi loquendi instructum primum apud Theocritum in talibus formulis extat; nam ab Homero hoc sensu nunquam usurpatum est, sed omnibus locis idem est quod ὁμοιοῦν (qua de re vide Lehrs. l. l. p. 97). Sed apud Theocritum legitur id. XXII, 167: ἴσκον τοίαδε πολλά. — Postea id verbum apud Apollonium Rhodium saepius occurrit. cfr. I, 834: ἴσκεν ἀμαλδύνουσα φόνον τέλος —; praeterea his locis: II, 240. 1196. III, 396. 439. 484. 555. 938. IV, 92. 410. 1586. Exceptis tribus locis semper participium additum est; inveniuntur haec: ἀμαλδύνουσα I, 834; παρηγορέων II, 1196;

*ὑποσσαίνων* III, 396. IV, 410; *εὐφρονέων* III, 484; *ἀτεμβομένη* III, 938; *ἀκηχεμένη* IV, 92. Semel, III, 439 adverbium *ἀπηλεγέως* adiectum est; semel, III, 555 *ἴσκεν* absolute positum est, semel, II, 240 subiectum additum. —

V. De ceteris verbis dicendi, quae ponuntur in fine orationis directae.

Verba, quae saepius a poetis post orationes directas usurpantur, iam absolvi; a posterioribus, imprimis a Nonno, etiam verba minus usitata ad formulas componendas adhibita sunt; sed tales formulae non inveniuntur nisi singulis locis.

Pindarus duo verba, quae alibi non inveniuntur, sibi vindicavit, *γηρύειν* et *γηρύειν.* *μηνύειν*. Semel adverbio *ὥς*, semel pronomine *τοιοῦτος* usus est. Formulae Homericae *μηνύειν.* *ὥς ἄρ' ἔφη* similem formavit Olymp. VI, 52: *ὥς ἄρα μάννε· τοὶ δέ* —. Verbum *γηρύειν* extat Pyth. IV, 93: *τοὶ μὲν ἀλλάλοισιν ἀμειβόμενοι — γάρυον τοιαῦτ'*.

Imprimis Nonnus verbis haud paucis, quae a nullo alio poeta in his formulis usurpata sunt, orationes directas claudit.

Nonnullis locis *βοᾶν* legitur. Imperfectum *ἐβόησαν* addito subiecto extat Dion. V, *βοᾶν.* 467: *τοῖα μέν — ἐβόησαν ἐρίπναι*. Participium praesentis legitur Dion. XIV, 283: *τοῖα λίθον βοόωντα* —; similiter dictum XXXVII, 324: *τοῖον ἔπος βοόων* —, et XXXVII, 722: *τοῖον ἔπος βοόωντος — Λυαίου*. Participium etiam in paraphrasi invenitur, sed cum pronomine *οὗτος* coniunctum. Duobus locis Nonnus versum, quo transitus post orationem fit, a coniunctione *καί* incipit; paraphr. XX, 89: *καὶ ἄελπτον ἔπος βραχὺ τοῦτο βοήσας*; transitum hoc loco particula *καί* factum esse puto, ut indicetur, oratione nondum finita Jesum pedes et manus discipulis suis ostendisse. Hoc modo etiam paraphr. XVII, 1 transitus fit: *καὶ αὐτίκα τοῦτο βοήσας* —. Compositum *προβοᾶν* semel iam ab Homero adhibitum est, Il. XII, 277: *ὥς τώγε προβοῶντε — ὤτρυνον*.

*Μυθεῖσθαι* compluries in usum suum adhibuit Nonnus. cfr. Dion. III, 320: *τοῖα* *μυθεῖσθαι.* *μέν — μυθεῖτο — Κάδμος:* praeterea X, 137.*) XX, 369, utroque loco addito subiecto. Theocritus semel *μυθίζειν* usurpavit, id. XXII, 11: *τοίαδε μυθίζοισα*. —

*Ἰάχειν* quattuor locis apud Nonnum invenitur; Dion. VIII, 284: *τοῖα μέν — ἴαχεν* *ἰάχειν.* *Ἥρη*. XI, 188: *τοῖον ἐπαυχήσας ἔπος ἴαχεν;* praeterea XVI, 71. XLIV, 253.

*Ἀναΰτέω* semel obvium fit, cui *ἔπος* addidit, quamquam etiam adverbium *ὥς* posuit. *ἀναΰτέω.* cfr. Dion. X, 287: *ὥς ὁ μέν — ἀνηΰτησεν ἔπος*. Etiam verbum simplex semel usurpavit, sed cum pronomine *τοῖος* coniunctum, Dion. XXIII, 263: *τοῖα μὲν ἠΰτησεν*. Compositum *ἀναυτεῖν* etiam a Collutho adhibitum est, v. 131: *τοῖον ἀνηΰτησεν;* semel adverbio *ὥς* usus est et subiectum apposuit, v. 145: *ὥς ἥ μὲν πολύμητις ἀνηΰτησεν Ἀθήνη*.

*Ἠπύειν* apud Nonnum uno loco inveni; Dion. IV, 197: *τοῖα — ἤπυε κούρη*. *ἠπύειν.*

*Παρηγορεῖν* verbi semel participium a Nonno adhibitum est; Dion. XI, 482: *παρηγορεῖν* *τοῖα παρηγορέων — μειλίξατο μύθῳ — θοῦρος Ἄρης*.

Verbum *ἀπορροιβδεῖν* cum substantivo *μῦθος* copulavit; Dion. XXXVII, 422: *ἀπορροιβ-* *τοῖον ἀπερροίβδησεν — μῦθον*. — *δεῖν.*

---

*) Graefii editio habet: *μυκήσατο:* adnotat editor: fortasse scripsit *μυθήσατο*. Hoc merito Koechlyus in textum posuit.

## VI. De eis verbis, quibus notio dicendi inest.

Ab omnibus poetis, etiam ab Homero, non semper verba propria dicendi in formulis post orationes directas usurpata sunt, sed etiam talia, quibus sola vis dicendi inest et quibus saepe argumenti orationis ratio habetur. Ita, si oratio antea habita prece continetur, *εὔχεσθαι.* transitus nonnullis locis verbo εὔχεσθαι fit. Legitur Il. VI, 311: ὣς οἱ μὲν ῥ' εὔχοντο; praeterea Od. XIII, 185. Etiam compositum ἐπεύχεσθαι ita usurpatum est, Od. XX, 238: *ἀρᾶσθαι.* ὣς δ' αὔτως Εὔμαιος ἐπεύξατο; imperfectum legitur XXI, 203. Semel verbo ἀρᾶσθαι usus est Homerus; Od. III, 62: ὣς ἄρ' ἔπειτ' ἠρᾶτο καί —.

*ἐπιτέλλειν.* Verbum ἐπιτέλλειν compluribus locis nobis occurrit, etiam apud Quintum Smyrnaeum et Colluthum. Apud Homerum bis extat; Il IX, 259: ὣς ἐπέτελλ' ὁ γέρων (XXI, 790). Quintus Smyrnaeus versum, quo transitus fit, a coniunctione καί incipit, III, 525: καὶ τὰ μὲν ὣς ἐπέτελλε — υἱός. Colluthus subiectum addidit, v. 77: ὣς ὁ μὲν Ἑρμάονι πατὴρ ἐπέτελλε Κρονίων.

*κελευτιόω.* Verbi κελευτιόω Homerus participio semel usus est; Il. XIII, 125: ὣς ῥα κελευτιόων Γαιήοχος.

*ὁρμαίνειν.* Ὁρμαίνειν bis occurrit in Iliade; XXI, 64: ὣς ὅρμαινε μένων, ὁ δέ (XXII, 131).

*μάχεσθαι ἐπέεσσιν.* Μάχεσθαι ἐπέεσσιν uno loco usurpavit Homerus; Il. I, 304: ὣς τώγ' ἀντιβίοισι μαχησαμένω ἐπέεσσιν.

*πειρᾶσθαι ἔπεσσιν.* Hic statim adiungo πειρᾶσθαι ἔπεσσιν, quod Apollonius Rhodius semel adhibuit, III, 1146: ὣς τώγ' ἀλλήλων — ἔπεσσιν — πείρηθεν, quo loco quin Homerum imitatus sit Apollonius non est dubium.

*ὀκριάομαι.* Ὀκριάομαι posuit Od. XVIII, 32: ὣς οἱ μέν — ὀκριόωντο.

*φρονεῖν.* Φρονεῖν extat Od. V, 474: ὣς ἄρα οἱ φρονέοντι.

*ἐπευφημεῖν* Verbo ἐπευφημεῖν semel Homerus usus est, ut indicetur, quid oratione perfectum sit; Il. I, 22: ἔνθα — ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί: adverbium ἔνθα hic posuit initio versus vi verbi commotus. Similis formula legitur in hymn in Merc. versu 521: καὶ τότε Μαιάδος υἱὸς ὑποσχόμενος κατένευσε.

*ἀκούειν.* Haud paucis locis Homerus verbum ἀκούειν usurpavit; cum subiectum semper alia persona sit ac quae locuta est, apparet omnibus locis subiectum addatur necesse esse. Formula semper a particula αὐτάρ incipit. cfr. Il. XX, 316: αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

Praeterea invenitur formula his locis: Il. XXI, 377. XXIII, 161. Od. VII, 167. VIII, 143. 446. XIII, 159. XV, 92. Eandem formulam legimus apud Tzetzen, Homer. v. 57. — Uno loco, quo Homerus Ulixem Phaeacibus narrantem facit, quae sibi acciderint, post orationem (Od. XII, 389) formula legitur: ταῦτα δ' ἐγὼν ἤκουσα, ubi usus pronominis οὗτος apud Homerum singularis notandus est.

*ἀΐειν.* Adiungo verbum ἀΐειν, quod a Callimacho et Nonno adhibitum est; uterque participio usus est. cfr. Callim. epigr. I, 13: ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος. Nonn. Dionys. XXI, 276: τοῖα μὲν ἐσαΐων —.

*κοιρανέω.* Verbi κοιρανέω participium bis Homerus usurpavit, Il. II, 206: ὣς ὅ γε κοιρανέων —; praeterea IV, 256.

In hymn. in Merc. versu 313 verbum ἐρεείνω legitur: αὐτὰρ ἐπεὶ τὰ ἕκαστα διαρρήδην ἐρέεινεν. ἐρεείνω.

Idem verbum apud Tzetzen semel occurrit, Posthomer. 634: ὣς ἐρέεινεν ἀνήρ —.

Jam omnia verba attuli, quae ab Homero post orationes directas collocata sunt; sequitur, ut quae ceteri poetae usurpaverint, breviter perstringam.

Apollonius Rhodius paucis verbis, quae non sunt propria dicendi, usus est. Semel γουνάζεσθαι occurrit, IV, 1029: τοῖα μέν — γουνάζετο. γουνάζεσθαι.

Κινύρεσθαι uno loco, addito participio, adhibuit; I, 292: ὣς ἥ γε στενάχουσα κινύρετο. κινύρεσθαι.

Νεικεῖν legitur I, 875: ὣς νείκεσσεν ὅμιλον. νεικεῖν.

Ἐνιπτάζειν verbi participium usurpavit I, 492, ubi a vulgari usu loquendi recessit Apollonius, cum nec adverbium ὥς nec pronomen poneret, sed a verbo inciperet versum: χώετ' ἐνιπτάζων. ἐνιπτάζειν.

Ἐψιάομαι semel invenitur, II, 811: ὣς τότε — ἐψιόωντο. ἐψιάομαι.

Κίειν usurpavit III, 740: ὣς ἥ γε — κίε. κίειν.

Ἀρτύνεσθαι extat IV, 421: ὣς τώ γε — ἠρτύναντο. ἀρτύνεσθαι.

Semel verbum βάλλειν cum substantivo κραδίη copulavit, IV, 1746: τῷ δ' ἄρ' — κραδίῃ — βάλεν.

Restat forma singularis ἐόλητο, qua formulam fecit III, 471: ἣ μὲν ἄρ' ὣς ἐόλητο — κούρη.

Quintus Smyrnaeus verbo Apolloniano κινύρεσθαι simile usurpavit, ὀλοφύρεσθαι, quod duobus locis posuit, III, 459: ὣς ὁ μὲν — ὀλοφύρετο; praeterea III, 574. ὀλοφύρεσθαι.

Venio ad verba Nonniana.

Φράζειν φωνῇ coniunctum cum substantivo ἔπος legimus Dionys. XXXIX, 292: τοῖον ἔπος — πέφραδε φωνῇ. φράζειν.

Στεναχίζειν, quod apud Nonnum semel extat, etiam Colluthus et Tzetzes receperunt. Apud Nonnum in Dion. l. XI, versu 351: ὣς ὁ μὲν ἐστενάχιζε; apud Colluthum legitur v. 363: ὣς ἣ μὲν στενάχεσκεν; apud Tzetzen Homer. v. 424: ὣς ἣ μὲν ἐστενάχιζε θεόπροπος ἐκβοόωσα. στεναχίζειν.

Ἐποδύρεσθαι occurrit Dion. XL, 213: τοῖα μὲν — ἐπωδύροντο γυναῖκες. ἐποδύρεσθαι.

Φορμίζειν ita usurpavit, ut inter pronomen et verbum subiectum insereret; Dion. XIX, 95: τοῖα σοφὸς φόρμιζε; similiter adhibuit ἱμάσσεσθαι, XLII, 491: τοῖα μὲν ἱμάσσετο Ἐννοσίγαιος ἱμάσσετο. φορμίζειν. ἱμάσσεσθαι

Δέρκομαι tribus locis occurrit; semel ἔδρακε cum subiecto absolute initio versus collocavit; Dion. XV, 391: ἔδρακε δ' Ἀδρήστεια; semel ἔδρακε cum substantivo θέσφατα copulavit; Dion. XII, 103: ἀλλ' ὅτε θέσφατα ταῦτα — ἔδρακε κούρη; similis formula XII, 113: τοῖα μὲν ἔδρακε κούρη. δέρκομαι.

Nonnus in talibus verbis usurpandis eo progressus est, ut non dubitaret, ἀνερεύγειν cum substantivo ἔπος coniunctum adhibere; legimus Dion. XL, 411: τοῖον ἔπος ἀνερεύγειν.

*Διόνυσος ἀνήρυγεν;* similiter v. 511: *τοῖον ἔπος μαντῷον ἀνήρυγον.* In paraphrasi legitur verbum *τελεῖν*, XII, 149: *τόσσα δέ οἱ τελέσαντι.*

*τελεῖν.*

*ὁμιλεῖν.* *Ὁμιλεῖν* extat paraphr. VII, 46: *τοῖα μὲν ἀλλήλοισιν ὁμίλεον.*

*ἀπειλεῖν.* A Musaeo verbum *ἀπειλεῖν* post orationem directam adhibitum est, v. 128: *τοῖα μὲν ἠπείλησεν.*

*συντίθεσθαι.* Semel *συντίθεσθαι*, v. 221: *ὣς οἱ μὲν συνέθεντο.*

*λήγειν.* Formulae Nonnianae *τοῖον ἔπος μόγις εἶπε καί* similem Colluthus protulit, v. 166: *οὔπω μῦθος ἔληγεν, ὁ δέ.*

*ὀπάζειν.* *Ὀπάζειν* cum substantivo *κοιρανίη* coniunxit, v. 153: *τοίην κοιρανίην — ὤπασεν Ἥρη.*

Restant duo verba, quae inveniuntur in Argonauticis, quae sub Orphei nomine feruntur; *λίσσεσθαι.* semel occurrit *λίσσεσθαι*, v. 954: *ὣς οἱ μὲν λίσσοντο;* v. 1153 extat formula: *ὣς οἱ μὲν τὰ ἕκαστα πονείατο.*

Jam ad finem perductae sunt omnes formulae, quae mihi evolventi poetas Graecos in conclusione orationis directae transitus quodammodo faciendi causa occurrerunt. Quamquam non negaverim me unam alteramve formulam in tanto numero fugisse, tamen contenderim hoc non accidisse, nisi in eis poetis, qui aut permultas aut omnino unam duasve formulas usurpaverunt.

Quod si omnia, quae de his formulis disserui, paucis complector, summa haec est.

Usitatissima verba in his formulis sunt *φάναι* et *εἰπεῖν.* Illud apud omnes poetas, quos inspexi, invenitur; hoc apud apud omnes, excepto Apollonio Rhodio, qui *εἰπεῖν* plane repudiavit. Tum verbum *ἀγορεύειν* haud raro legitur, sed apud solos poetas epicos, Homerum, Apollonium Rhodium, Quintum Smyrnaeum, Nonnum. Minus frequenter verbum *λέγειν* usurpatur. Notandus est usus verbi *φωνεῖν.* Hoc apud Homerum non raro invenitur, tum vero non prius rursus occurrit, quam apud Musaeum, Colluthum, Tzetzen.

Quod ad singulos poetas attinet, commemoratione dignus est Quintus Smyrnaeus, qui totam formularum copiam ex quattuor verbis composuit: *φάναι, εἰπεῖν, ἀγορεύειν (ἀγοράομαι), ἦ.* Verba minus usitata, quae apud omnes ceteros poetas inveniuntur, nulla usurpavit. — Poetarum, qui Homerum imitati sunt, imprimis Quintus Smyrnaeus eius vestigia pressit et praeter formulas, quas Homerus in usum suum adhibuit, perpaucas ipse formavit; Apollonius Rhodius nonnullas formulas Homericas sibi vindicavit, sed etiam ex suo ipsius ingenio complures hausit. Theocritus et Callimachus formulas Homericas iam diversis modis commutaverunt et quasi transitum ad Nonnum efficiunt. Is de via, qua Homerus incedit, plane egreditur et suas sibi ipse formulas componit. Tryphiodorus et Tzetzes quamquam non ita multas formulas eiusmodi usurpaverunt, tamen ostendunt se magis Homeri vestigia secutos esse; Colluthi formulae demonstrant eum magis ad Nonnum se applicavisse.

Breviter sed recte mea sententia de his poetis indicat J. H. Schmidtius, qui in libro suo: Griechische Synonymik, vol. II, p. 76: haec verba facit:

„Am weitesten geht die Verwirrung bei den spätern Epikern. Während noch Quintus Smyrnaeus ziemliches Verständnis für die homerische Sprache hat, treffen wir bei Nonnus die Wörter ganz beliebig angewandt, hauptsächlich wie sie ihm in seine volltönenden Phrasen passen. Man muss bei ihm vergessen, was die grossen Klassiker lehrten. So wendet Quintus Smyrnaeus noch ganz entsprechend das homerische *ἦ ῥα* an, z. B. I, 35,

lässt aber auch die Handlung einer andern Person folgen, ebenso aber auch φῆ, II, 81. Für beide Verhältnisse hat nun Nonnus umschichtig ἔννεπε καί, εἶπε καί, ἔννεπε — δέ, und mit mancherlei Zusätzen, wie ἀντίζουσα VIII, 348. Ebenso aber auch ἧ μὲν ἔφη. Endlich eine wie reiche Fülle von Umschreibungen mit Substantiven. Da genügt aber nicht immer ein ἀνενείκατο φωνήν*), oder was schon weiter geht, ein ῥήξατο φωνήν*), sondern geradezu ekelhafte Wendungen wie ἀνήρυγε φωνήν VII, 225 stehen ganz unbedenklich, wenn sie nur einen bequemen Rhythmus geben.“ —

Caput alterum.

## De formulis apud scriptores, qui metro iambico usi sunt.

In usum meum adhibui poetas hosce:

Theodorum Prodromum }
Nicetam Eugenianum } rec. Hercher.
Georgium Pisidam, rec. J. Bekker.
Babrium, ed Lachmann.

De formulis, quae leguntur apud eos poetas, qui metro iambico scripserunt, Theodorum Prodromum, Nicetam, Georgium Pisidam, Babrium, proprio capite disserere constitui, cum appareat formulas apud hos poetas metri causa alio modo compositas esse atque apud poetas epicos.

Jam in adverbiis et pronominibus usurpandis hi poetae eo differunt a poetis, qui versu heroico scripserunt, quod adverbium ὥς Theodorus Prodromus et Nicetas nunquam adhibuerunt, et semel apud Babrium semelque apud Georgium occurrit. Illi pro ὥς adverbium οὕτως ponunt, praeterea pronomine οὗτος, τοιοῦτος, τοσοῦτος, τοιόςδε, τηλικοῦτος apud eos obvia fiunt, quorum pronominum τοιοῦτος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος apud nullum alium poetam, τοιόσδε apud solum Theocritum leguntur.

Formulae apud hos poetas non firmam et stabilem formam adeptae sunt, sed unaquaeque fere ex alio verbo composita est.

Ut ad verba ipsa transeam, invenitur verborum dicendi, quae etiam apud eos poetas, de quibus iam disserui, occurrunt, nonnullis locis φάναι. Praesens φησί semel apud Theodorum cum pronomine τοσοῦτος copulatum est, V, 434: τοσαῦτά φησι, τοῖς γε —; in sequentibus verbis idem subiectum manet. Aoristus ἔφη bis apud Nicetam et semel apud Theodorum legitur; omnibus tribus locis formula ita composita est, ut ad verbum ἔφη, quod versum incipit, subiectum addatur et verba sequentia coniunctione καί continuentur, quae bis novum subiectum inducit. cfr. Nicet. V, 47: ἔφη Χαρικλῆς ἀντιπαίζων μετρίως — καί. V, 129: ἔφη Δρόσιλλα· καὶ Χαρικλῆς. Theodor. Pr. VIII, 361: ἔφη Ῥοδάνθη· καὶ Δοσικλῆς. φάναι.

Forma ἔφησε bis apud Nicetam invenitur, coniuncta cum pronomine οὗτος, cum verba sequentia, quae idem subiectum habent, copula καί inducentur. cfr. V, 240: ἔφησε ταῦτα καί —; praeterea VII, 266.

Tribus locis participia verbi φάναι usurpata sunt.

---

*) hae formulae ante orationem directam leguntur.

Nicetas formam *φάσκουσα* semel adhibuit, quo loco pronomen *τοιοῦτος* addidit; cfr. VI, 235: *τοιαῦτα γοῦν φάσκουσα.* — Apud Theodorum occurrunt participia *φήσας*, cum pronomine *τοσοῦτος*, et *φάμενος*, cum pronomine *οὗτος* copulata. Illud legitur VII, 468: *τοσαῦτα φήσας;* hoc VIII, 141: *ταῦτα Βρυάξης φάμενος.*

Hae sunt formae verbi *φάναι*, quae inveniuntur in talibus formulis. Transeo ad verbum

εἰπεῖν. ε ἰ π ε ῖ ν, cuius duae formae mihi occurrerunt, *εἶπε* et *εἰπών*. Forma *εἶπε* extat apud Babrium, Theodorum, Georgium; Nicetas forma plurali *εἶπον* et composito verbo *ἐξειπεῖν* usus est.

Babrius et Georgius Pisida formam *εἶπε* cum adverbio *ὥς* coniunxerunt, quod verbum incipit, Babrius etiam subiectum addidit. cfr. Babr. fab. 95, v. 36: *ὥς εἶπε κερδώ, τῆς δέ* —; Georg. Pis. III, 164: *ὥς εἶπεν, ἐστέναξεν ἐκ βάθους μέγα — καί —.* Pro adverbio *ὥς* Babrius etiam pronomen *οὗτος* posuit; cfr. fab. 75, v. 8: *ταῦτ' εἶπε καί* —; Theodorus, qui hac formula usus est, in verbis, quae *καί* inducit, novum subiectum collocavit, IX, 386: *ταῦτ' εἶπε καὶ τὸ δεῖπνον ηὐτρεπισμένον.* — Uno loco Theodorus initio versus subiectum posuit, quo loco etiam participium addidit; cfr. III, 91: *Γλαύκων μὲν εἶπε ταῦτα δακρύσας ἅμα.* Etiam cum pronomine *τοσοῦτος* formam *εἶπε* coniunxit. cfr. IX, 1: *τοσοῦτον εἶπεν — ὁ νυμφίος;* uno loco verba sequentia, quae novum subiectum habent, copula *καί* continuat; IX, 270: *τοσοῦτον εἶπεν — καὶ ἅμα — προσῆλθον.* — Etiam substantivum *λόγος* cum pronomine *τοιοῦτος* Theodorus copulavit, ad quam formulam subiectum additum est; III, 526: *τοιοῦτον εἶπεν ἡ Ῥοδάνθη τὸν λόγον — καί —.*

Nicetas, ut iam commemoravi, formá *ἐξεῖπε* usus est, cui adiunxit pronomen *οὗτος*, cum oratio copula *καί* continuetur. cfr. III, 216: *ἐξεῖπε ταῦτα καί.* Praeterea Nicetas bis formam pluralem *εἶπον* usurpavit, utroque loco subiectum apposuit; semel *οὕτως*, semel pronomen *τοιοῦτος* versum inducit; cfr. IV, 265: *οὕτω μὲν αὐτοὶ εἶπον αὐτῇ τῇ κόρῃ* — *ἡ δέ*; VII, 330: *τοιαῦτα πρὸς γραῦν εἶπον οἱ νεανίαι.*

Quod ad participium *εἰπών* attinet, simplicissima formula ex eo composita ea est, quae ex solo participio constat, cui etiam subiectum addi potest; participium autem initio versus collocatur. cfr. Nicet. I, 229: *εἰπὼν Χαρικλῆς* —; praeterea III, 327. — Theodorus Prodromus participium etiam ita adhibet, ut versum a verbo finito incipiat et *εἰπών* sequens faciat; cfr. IX, 230: *ἔπεισεν εἰπών.* Plerumque autem *εἰπών* cum pronomine *τοσοῦτος* coniungit; cfr. VII, 521: *τοσοῦτον εἰπών;* praeterea VIII, 113. 407. 521. Uno loco substantivum *λόγος* cum pronomine *τοιοῦτος* ad *εἰπών* apposuit, qua in formula etiam subiectum addidit. cfr. VI, 473: *τοιοῦτον εἰπὼν ὁ Κράτανδρος τὸν λόγον.* — Georgius Pisida participium *προσειπών*, addito pronomine *οὗτος*, usurpavit, III, 129: *ταῦτα προσειπών.*

λέγειν. Transeo ad verbum λ έ γ ε ι ν. — Inveniuntur apud Nicetam et Theodorum Prodromum participia *λέγων* et *λέξας*, aoristus *ἔλεξε*, perfectum *εἴρηκε*. — Nicetas participii praesentis genere feminino, addito subiecto, usus est. cfr. I, 353: *οὕτω λεγούσης τῆς Δροσίλλης παρθένου.* — Ter participium *λέξας* cum pronomine *τοσοῦτος* coniunxit; I, 200: *τοσαῦτα λέξας;* praeterea III, 351. VI, 642.

Duobus locis perfectum *εἴρηκε* versum incipit, copulatum cum pronomine *οὗτος*, cum verba sequentia copula *καί* adnectantur; IV, 325: *εἴρηκε ταῦτα Χαρικλῆς τῷ Κλεινίᾳ — καί;* IX, 257: *εἴρηκε ταῦτα καί.*

Theodorus Prodromus ex aoristo ἔλεξεν simplicissimam formulam ita composuit, ut verbum initio versus ponatur et copula καί sequatur. cfr. VIII, 286: ἔλεξε καί. Sed saepius ad ἔλεξε aut adverbium οὕτως aut pronomen οὗτος addidit, deinde καί posuit; I, 494. III, 282: ἔλεξεν οὕτω καί; II, 43: ἔλεξε ταῦτα καί; praeterea III, 98. V, 89. VI, 103. 182. 414. VIII, 333. 501. IX, 479.

Verba copula καί continuata idem subiectum habent, excepto uno loco, VI, 182: ἔλεξε ταῦτα καί τις ἑστὼς πλησίον.

Participium λέγων Theodorus ita usurpavit, ut adverbium οὕτω initio versus collocaret et subiectum adderet; IX, 301: οὕτω Δοσικλῆς καὶ λέγων καὶ δακρύων —.

Semel apud Theodorum transitus post orationem efficitur coniunctione καί et participio λέγων. cfr. IX, 439: — καί λέγων ἅμα.

Verbum συλλαλεῖν apud Nicetam semel legitur; VIII, 183: οὕτως ἐκείνων συλλαλούντων. — Verborum, quae propria sunt dicendi, Theodorus praeterea semel ἀνακράζειν usurpavit; legitur participium aoristi, addito subiecto; IX, 315: οὕτως ἀνακραγόντες οἱ γηραλέοι.

*συλλαλεῖν.* *ἀνακράζειν.*

Babrius semel κωτίλλειν adhibuit, coniunctum cum pronomine τοιοῦτος; fab. 95, v. 87: τοιαῦτα κωτίλλουσα. — Deinde Nicetas et Theodorus haud pauca verba in usum suum verterunt, quibus notio dicendi inest. Apud Nicetam haec mihi occurrerunt.

*κωτίλλειν.*

Verbi ᾄδειν usurpavit participium aoristi, addito pronomine τοσοῦτος, III, 323: τοσοῦτον ᾄσας. *ᾄδειν.*

Verbi ῥαψῳδεῖν legitur participium praesentis, V, 194: τοιαῦτα ῥαψῳδοῦσα. *ῥαψῳδεῖν.*

Ad verbum ὑποτραγῳδεῖν tria pronomina apposuit: τοιοῦτος, τοσοῦτος, τόσος; cfr. V, 1: τοιαῦτα πολλὰ καὶ τοσαῦτα καὶ τόσα — ὑπετραγῴδει —. *ὑποτραγῳδεῖν.*

Nonnulla verba lamentandi inveniuntur, quorum omnium Nicetas participium praesentis adhibuit, addito adverbio οὕτω.

Κωκύειν legitur IX, 108: οὕτω Δροσίλλης κωκυούσης. *κωκύειν.*

Ἀποιμώζειν occurrit VIII, 240: οὕτως ἀποιμώζοντα. *ἀποιμώζειν*

Συστενάζειν habemus V, 279: οὕτως ἐκείνων συστεναζόντων. *συστενάζειν*

Θρηνεῖν. II, 24: οὕτω Χαρικλῆς καθ᾽ ἑαυτὸν ἠρέμα — θρηνῶν. *θρηνεῖν.*

Praeterea Nicetas usurpavit verba γιγνώσκειν et ἀπαγγέλλειν; utriusque verbi legitur participium aoristi. Formula, quam composuit ex verbo γιγνώσκειν, incipit a subiecto; IV, 220: ὁ γοῦν Χαρικλῆς γνούς; ad verbum ἀπαγγέλλειν οὕτω apposuit; III, 241: οὕτως ἀπαγγείλαντος αὐτοῦ. *γιγνώσκειν.* *ἀπαγγέλλειν.*

Apud Theodorum Prodromum verba, quibus notio dicendi inest, haec inveniuntur.

Δακρύειν semel extat, VII, 661: τοιαῦτα πολλὰ δακρυούσης τῆς κόρης. *δακρύειν.*

Κελεύειν legitur I, 466: οὕτω κελεύσας. *κελεύειν.*

Διδάσκειν ita usurpavit, ut subiectum initio versus collocaret; IX, 410: ἡ μὲν τιθήνη ταῦτα διδάξασά με. *διδάσκειν.*

Haud pauca verba Nicetas et Theodorus cum substantivo λόγος copulaverunt. Ut apud Homerum in talibus formulis ἀκούειν usurpatur, ita etiam Nicetas et Theodorus nonnullas formulas cum hoc verbo composuerunt. Occurrunt initio versus coniunctiones ὡς *ἀκούειν.*

et ἐπείπερ, praeterea participium legitur. cfr. Theod. Pr. V, 511: *ἐπείπερ ἀκούσειε τούτων τῶν λόγων — Ἀρτάπης.*

III, 399: *τούτων ἀκούσας τῶν λόγων ὁ Γωβρύας.*

VII, 516: *τούτων ἀκούσας ὁ Βρυάξης τῶν λόγων.*

VII, 446 eadem formula cum participio praesentis legitur. Semel verbum *ἀκούειν* a Niceta sine substantivo *λόγος* adhibitum est. cfr. VIII, 265: *ὡς δὲ Δρόσιλλαν καὶ Χαρικλῆν ὁ Γνάθων — ἤκουσεν.*

*ἐπακροάομαι.* Nicetas uno loco etiam *ἐπακροάομαι* usurpavit, qua in formula verba sequentia copula *καί* adnectuntur. cfr. VI, 328: *ταύτης ἐπιστὰς Καλλίδημος ἐγγύθεν — ἐπηκροᾶτο τῶν κατωδύνων λόγων — καί.* — Praeterea Nicetas haec verba cum substantivo *λόγος* coniunxit: *δέχεσθαι, ἀσχολεῖσθαι, ἀντιπροέχειν.* Omnibus locis, quibus haec verba posita sunt, participia occurrunt.

*δέχεσθαι.* *Δέχεσθαι* legitur I, 185: *τοιοῦτον ἐξ ἄνακτος ἀλγεινὸν λόγον — ὁ Λυσίμαχος σατράπης δεδεγμένος.* — Similis formula extat V, 248: *τοιούτους πικροὺς εἰσδεδεγμένην λόγους — πρηστὴρ κεραυνὸς φεψαλοῖ.*

*ἀσχολεῖσθαι.* *Ἀσχολεῖσθαι* habemus IV, 68: *τοιοῖσδε πολλοῖς ἠσχολούμενοι λόγοις.* — Simillime dixit Theodorus IV, 209: *τοιοῖσδε πολλοῖς ἠσχολοῦντο τοῖς λόγοις.* — Nicetas semel formulam a coniunctione *ἐπεί* incipit; IX, 187: *ἐπεὶ δὲ μακροῖς τοῖς μετ' ἀλλήλων λόγοις — ἦσαν ἠσχολημένοι.*

*ἀντιπροέχειν.* Tertium verbum, ad quod Nicetas *λόγος* adiunxit, est *ἀντιπροέχειν*; cfr. VI, 95: *τούτοις ὁ Χάγων ἀντιπροσχὼν τοῖς λόγοις.*

*μετασκευάζειν.* Georgius Pisida unum verbum ita usurpavit, *μετασκευάζειν.* cfr. III, 116: *οὕτως ἅπαντας αὐτοὺς ἐκ ῥαθυμίας — λόγῳ μετεσκεύαζες.*

Apud Theodorum haec verba inveni.

*συμπεραίνειν.* *Συμπεραίνειν* duobus locis extat, utroque indicativus praesentis, II, 52: *τούτους ἐκείνους συμπεραίνει τοὺς λόγους — καί.* Similiter dictum VII, 304.

*χρῆσθαι.* *Χρῆσθαι* semel occurrit, III, 487: *τούτοις Δοσικλῆς τοῖς λόγοις κεχρημένος.*

*παύεσθαι.* *Παύεσθαι* legitur III, 132: *οὕτω Δοσικλῆς τοῦ λόγου πεπαυμένος.*

*καταναλόω.* *Καταναλόω* habemus IX, 180, quo loco formula a subiecto incipit: *οἱ μὲν — τὴν νύκτα πᾶσαν ἐν λόγοις κατηνάλουν.*

Haec sunt verba, quae cum substantivo *λόγος* copulata post orationes directas inveniuntur. Praeterea nonnulla verba non multum usitata leguntur.

Apud Nicetam haec mihi occurrerunt.

*ἐνασμενίζειν.* *Ἐνασμενίζειν*, VI, 557: *τούτοις ἐνησμένιζεν ὁ Ξενοκράτης.*

*προσομιλεῖν.* *Προσομιλεῖν*, VIII, 131: *τοιαῦτα πολλὰ τῇ κόρῃ προσωμίλει.*

*καρτερεῖν.* *Καρτερεῖν*, IX, 143: *οὕτως ἐκεῖνοι τοῖς πόνοις ἐκαρτέρουν.*

*προσπαίζειν.* *Προσπαίζειν*, III, 255: *τοιαῦτα προσπαίζουσι τοῖς νεανίαις.*

*πλέκειν.* *Πλέκειν* cum substantivo *τραγῳδία* coniunctum est, I, 258: *οὕτω — πλέκοντι τὴν τραγῳδίαν.*

Liberior transitus est, I, 284: *οὕτω τραπέντος εἰς ὕπνον Χαρικλέους;* IV, 151: *οὕτως ἐρωτικόν τι πάσχων Κλεινίας.*

Apud Theodorum Prodromum substantivum *κλύδων* semel invenitur, VI, 495: *τῷ μὲν κλύδων. Δοσικλεῖ τηλικοῦτος ὁ κλύδων.*

Nonnullis locis apud Babrium, Nicetam, Theodorum transitus sine verbo et substantivo extat et solo adverbio aut pronomine efficitur, quod apud poetas, qui metro heroico scripserunt, nunquam fit. Eiusmodi locos hos inveni:

Babr. fab. 36, v. 13: *κάλαμος μὲν οὕτως· ὁ δέ —.*

Apud Nicetam VI, 291: *οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνος.*

Apud Theodorum III, 319: *ὁ μὲν Δοσικλῆς ταῦτα τῇ ποθουμένῃ;* IX, 205: *ἡ μὲν Πυθία ταῦτα τοῖς γηραλέοις.* —

# Index verborum in formulis post orationes directas a poetis Graecis usurpatorum.

*ἀγοράομαι* Apoll. Rh. Quint. Sm.
*ἀγορεύειν* Hom. Hymn. Apoll. Rh. Nonn.
*ᾄδειν* Nicetas.
*ἀίειν* Callim. Nonn.
*ἀκούειν* Hom Nicet. Theodor.
*ἀνακράζειν* Theodor.
*ἀνερεύγειν* Nonn.
*ἀντιπροέχειν (λόγοις)* Nicet.
*ἀπαγγέλλειν* Nicet.
*ἀπειλεῖν* Musaeus.
*ἀποιμώζειν* Nicet.
*ἀρᾶσθαι* Hom.
*ἀρτύνεσθαι* Apollon.
*ἀσχολεῖσθαι (λόγοις)* Nicet. Theodor.
*αὐδᾶν* Pind. Apollon.
  *προσαυδᾶν* Hom.
*ἀϋτεῖν* Nonn.
  *ἀναυτεῖν* Nonn. Colluth.
*βοᾶν* Nonn.
  *προβοᾶν* Hom.
*γηρύειν* Pind.
*γιγνώσκειν* Nicet.
*γουνάζεσθαι* Apollon.
*δακρύειν* Theodor.
*δέρκεσθαι* Nonn.
*δέχεσθαι (λόγον)* Nicet.
*διδάσκειν* Theodor.
*εἰπεῖν* Hom. Hymn. Batrach. Hes. Pind. Theocr. Mosch. Callim. Quint. Nonn. Arat. Tryphiod. Tzetz. Musaeus. Argon. (Orph.) Nicet. Theodor. Georg. Pis. Babr.
*ἐνασμενίζειν* Nicet.
*ἐνέπειν* Callim. Pind. Nonn. Colluth.
  *παρενέπειν* Apollon.
*ἐνιπτάζειν* Apollon.
*(εἴλω) ἐόλητο* Apollon.
*ἐπακροᾶσθαι* Nicet.
*ἐπευφημεῖν* Hom. Hymn.
*ἐπιρροιβδεῖν* Nonn.
*ἐπιτέλλειν* Hom.
*ἐποδύρεσθαι* Nonn.
*ἐρεείνειν* Hymn. Tzetz.
*εὔχεσθαι* Hom.
  *ἐπεύχεσθαι* Hom.
*ἑψιᾶσθαι* Apollon.
*ἦ* Hom. Hymn. Callim. Theocr. Apollon. Quint.
*ἠπύειν* Nonn.
*θρηνεῖν* Nicet.
*ἰάχειν* Nonn.
*ἱμάσσεσθαι* Nonn.
*ἴσκειν* Theocr. Apollon.
*καρτερεῖν* Nicet.
*καταναλοῦν (ἐν λόγοις)* Theodor.

κελεύειν Theodor.
κελευτιοῦν Hom.
κίειν Apollon.
κλαίειν Hom.
κωκύειν Nicet.
κωτίλλειν Babr.
λαλεῖν Nonn. Nicet.
λέγειν Pind. Theocr. Callim. Nonn. Nicet. Theodor.
καταλέγειν Nonn.
λήγειν Colluth.
λίσσεσθαι Argon. (Orph.)
μάχεσθαι (ἐπέεσσιν) Hom.
μετασκευάζειν Georg. Pis.
μηνύειν Pind.
μυθεῖν Nonn.
μυθίζειν Theocr.
νεικεῖν Apollon.
ὀκριᾶσθαι Hom.
ὀλοφύρεσθαι Quint.
ὁμιλεῖν Nonn.
προσομιλεῖν Nicet.
ὀπάζειν Colluth.
ὁρμαίνειν Hom.
παρηγορεῖν Nonn.
πάσχειν Nicet.
παύεσθαι (λόγου) Theodor.
πειρᾶσθαι (ἔπεσσιν) Apollon.
πλέκειν (τραγῳδίαν) Nicet.
πονεῖσθαι Argon. (Orph.)
προσπαίζειν Nicet.
ῥαψῳδεῖν Nicet.
στεναχίζειν Nonn. Colluth. Tzetz.
συστενάζειν Nicet.
συμπεραίνειν (λόγους) Theodor.
συντίθεσθαι Mus.
τελεῖν Nonn.
τρέπεσθαι Nicet.
ὑποτραγῳδεῖν Nicet.
φάναι Hom. Hymn. Hes. Pind. Theocr. Mosch. Callim. Apollon. Quint. Nonn. Tzetz. Tryphiod. Mus. Argon. (Orph.) Nicet. Theodor. Paul. Sil.
φθέγγεσθαι Pind. Nonn.
ἐπιφθέγγεσθαι Nonn.
φορμίζειν Nonn.
φράζειν Nonn.
φρονεῖν Hom.
φωνεῖν Hom. Hymn. Batrach. Mus. Colluth.
προσφωνεῖν Tzetz.
χρῆσθαι (λόγοις) Theodor.

## Conspectus formularum usitatiorum.

| | |
|---|---|
| ὣς ἔφατ᾽ | Hom. Hymn. Hesiod. Apoll. Quint. Tzetz. Argon. (Orph.). |
| ὣς φάτο | Hom. Hymn. Hes. Pind. Theocr. Mosch. Apoll. Quint. Nonn. Tryphiod. Tzetz. Argon. |
| ὣς ἄρ᾽ ἔφη | Hom. Hymn. Batrach. Apoll. Quint. Mosch. Callim. Tryphiod. Argon. |
| ὣς φάμενος | Hom. Callim. Theocr. Mosch. Apoll. Quint. Nonn. Mus. Tryphiod. Paul. Sil. |
| φῆ | Hom. (Il.) Hymn. Hes. Callim. (?) Theocr. Apoll. Quint. (?) |
| ἦ | Hom. Hymn. Theocr. Callim. Apoll. Quint. |
| ὣς εἰπών | Hom. Hymn. Batrach. Hes. Theocr. Mosch. Quint. Nonn. Arat. Tryphiod. Tzetz. Argon. |
| εἶπε | Callim. Theocr. Nonn. Theodor. |
| ἔννεπε | Callim. Nonn. Colluth. |
| ὣς ἄρα φωνήσας | Hom. Hymn. Batrach. |

## Conspectus adverbiorum et pronominum.

| | |
|---|---|
| ὥς | Hom. Hymn. Batrach. Hes. Pind. Callim. Theocr. Mosch. Apollon. Quint. Nonn. Arat. Mus. Babr. Colluth. Tryphiod. Tzetz. Paul. Sil. Georg. Pis. Argon. |
| οὕτως | Theod. Nicet. Georg. Pis. Babr. |
| ὧδε | Theocr. |
| οὗτος | Batrach. Callim. Nonn. Babr. Nicet. Theodor. Georg. Pis. |
| τοῖος | Pind. Apoll. Colluth. Nonn. Mus. Tzetz. |
| τοιοῦτος | Pind. Babr. Nicet. Theodor. |
| τοσοῦτος | Nicet. Theodor. |
| τόσσος | Hymn. Callim. Theocr. Nonn. (paraphr.). |
| τοιόςδε | Theocr. Nicet. Theodor. |
| τηλικοῦτος | Theodor. |
| ὅδε | Musaeus. |

## Addenda.

Pag. 5:

Cum haec dissertatio iam typis descripta esset, rursus inspexi locum, qui est in Hom. Od. l. IX, versu 360 et magno cum dolore vidi me erravisse, cum putarem, in libris mss. traditum esse: *ὣς φάτ', ἀτάρ οἱ ἐγὼν αὖτις πόρον αἴθοπα οἶνον.*

Codices enim habent: *ὣς ἔφατ', αὐτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πόρον αἴθοπα οἶνον.*

Hanc lectionem retineri non posse apparet ex eo, quod p. 5 disputavi. Quare locum ita restituendum esse puto: *ὣς ἔφατ', αὐτὰρ ἐγών οἱ αὖ πόρον αἴθοπα οἶνον.*